BELLVM PANNONICVM

Illuſtriſſimo, ac Reuerendiſſimo D.D.


IOANNI DELPHINO

AQVILEIÆ PATRIARCHÆ, &c.

NVNCVPATVM.

Auctore

IOANNE BAPTISTA NIGRONIO
DE AMPVGNANO CORSO.



VTINI, MDCLXVI.

Typis Nicolai Schiratti.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO,
Ac Reuerendiſſimo
AQVILEIÆ PATRIARCHÆ, &c.
IO. BAPTISTA NIGRONIVS
Fel.

PAnnonicum Bellum, Præſul Ampliſſime; non Pannonia modo ipſa, ac Germania, ſed contermina illis, affinisque Foro-Iulij Prouincia formidauit. quam enim Regionem non terreret exercitus, qui totam Bizantinis catenis Europam pollicebatur? Peruiæ iam Barbaris Alpes Cimbris antiquitus, atque Hunnis, auorum memoria Turcis aditum in Foro-Iulium reſerarunt. Cędes, vaſtitatem, incendia veſtigia nondum deleta teſtantur. Per Eſdrinæ arcis excidium noſtrum iugulum peti; Naiaſel expugnata noſtris cædibus præludere videbatur. Ocyus vero metus omnis euanuit, & hoſtis ad flumen Arrabo cęſus ſecuritatem aſſeruit. Auſpicatiſſimæ tandem

Digitized by Google

Cæſaris nuptiæ tanta Europam omnem cumulauere lætitia, vt bellorum pericula, vel memoriam fugerint, vel cum voluptate ſolummodo memorentur. Victori ad Arrabo Cæſari vernaculis ipſe Muſis plauſiſti, ſibiq. Cæſarei exercitus Imperator, & victoriæ auctor Raimundus Montecuculus tuum adeo Epinicium gratulatur, vt non minorem inde, quam ex debellato Turca iucunditatem ad ſe manaſſe teſtetur. Bellum ego totum latinis numeris, te ſuaſore, qui præcipere poteras, complexus ſum ſtylo ſanè materiæ impare, nec rei magnitudini reſpondente: qualecumque opuſculum eſt, tuum eſt, in tuis ædibus auctoritate tua obſtetricante, ac clementia ab eo homine natum, qui quod viuit, quod eſt, tuum eſſe beneficium profitetur. Vale.

AD

AD LECTOREM.

Malueram hæc pauca carmina, vt alia longè plura, quæ ſcripſi, prælum diutiùs expectaſſent, niſi amicorum conſenſus, quorum vota fruſtrari, nec volo, nec poſſum, lucem illis præproperam, & nondum ſanè maturam deſtinauiſſet. Feſtinatæ ab his editionis cauſam paucis aperiam. Poematium de Bello Pannonico habitum eſt ſub ferias autumnales per Damianum à Bonitate in huius Seminarij Aquileienſis ædibus, vbi Rhethoricem, quandoq; etiam Philoſophiam profiteor; qui adoleſcens eiuſdem Seminarij Conuictor, tam eximiam in agenda ſoluta, vel ligata numeris oratione à natura, & exercitatione facultatem adeptus eſt, vt citra hyperbolem ætatis noſtræ Roſcius appelletur. Oculos non minus, quàm aures affatur, quæque narrat, videre potius, quam audire te credas; adeò ſuauioris vocis opportunam inflexionem cum apto corporis motu, & vocali conſonantia manuum accommodatè componit. Carmen cum tàm benè recitauit, ſuum fecit, longèq; melius auditoribus

obtulit, quàm à meo ſtylo cepiſſet. Creditum eſt dignum oculis, quod tantopere auribus placuit, ſiue mavis, impoſuit. Qui igitur interfuerant iactantes iniquè agi cum opere, niſi ſemel, & à paucis auditum pluries legi poſſet à multis, illud à me expreſſerunt, vt typorum prærogatiua locupletiori de Venetiarum ædificatione Poemati ſcripto iam antea præhaberetur. Hæc te, Lector, præmonitum volui, ne fortè ſuſpiceris me cum pomilionem pepererim, quaſi de gigantea ſobole gloriari. Si quid boni occurrerit, non Muſis, non Apollini, ſed diuinæ clementiæ imputa; mali, quod plurimum fuerit, me auctorem agnoſcis. Cæterùm Bellum Pannonicum, quod ego inculto, rudique metro cecinerim, diſertiorem vatem, pleniusque plectrum repoſcit, haud verò fruſtra in tam feraci ſæculo Poetarum; nec enim Marones ſui auguſtiſſimo Cæſari deerunt, qui & Muſarum nobiliſſimam Sedem Germaniam fecit, & ætatem planè auream literis reddidit. Mihi aliquid innuiſſe ſit ſatis. Vale.

DE BELLO PANNONICO.

Liber Primus.

IMpius arma furor, ſceleratáque bella laceſſit,
Nullaque pax populis; abiere in tela ligones,
Inq; truces vſus, humanaque funera vomer
Frangere ſuetus humum, pingueſque reuellere glebas
Migrat: & agricolis ferrum ſeruire recuſans
Mortalem epotat per Martia caſtra cruorem.
Perfidus Odryſijs properat Gradiuus ab oris
Pannonium temerare ſolum, ſuperiſque penates
Olim dilectos inhumata cadauera vexant.
Cæde tepeſcit humus, ſatiataque ſanguinis hauſtu,
Heu miſeris nutrit feralia fata colonis.
Bella igitur cantare iuuat, procul eſte Camenæ,
Quæ faciles curas, placidoſque iubetis amores
Dulciloqua reſonare cheli, citharaue decenti.
Martia noſter amat, truculentaque claſſica cantus.
Tu mihi, quem magni veneramur Numinis inſtar,
Dexter ades, facilique iuua mea carmina vultu,
Optime Pontificum DELPHINE; *biuerticis oræ*
Incola tu felix, & nulli plenior vnquam
Carminis artifices vndas largitus Apollo.

Siue Sophocleum placuit veſtire cothurnum;
Et regum aduerſos imitari carmine caſus,
Grandiloquus, magnusque tonas, nec ſcena fragori
Par erat vlla tuo, tantoque accommoda metro.
Et te Medorus, Cleopatra, Lucretia, Cræſus
Eſſe docent, qualem non tellus Attica vatem,
Non Romana tulit, victumque fatebitur illa
Euripidem, hæc Senecam; tibi gloria contigit vni,
Vt poſſis tragicæ metam ſtatuiſſe Camenæ,
Intactaque alijs præcingere tempora lauro.
Seu lyrici placuere modi, Venuſinaque plectra;
Te duce Thebana teſtudine maior Hetruſca
Barbitos, atque tibi numeroſus Horatius impar
Graiorum Euterpen Romanam aduexit in vrbem.
Calliopæa tuum facilis conſenſit in æſtrum,
Cum canis Ægæas feralia bella per vndas,
Carpathiumque ſalum vulgatis cædibus auctum;
Thracibus ereptas Fratris virtute triremes,
Et propugnatam memorando robore claſſem.
Auſpice te bifidi tentare cacumina montis,
Et ſacras pulſare fores fiducia ſuaſit,
Quamuis exiguæ firment veſtigia vires,
Infirmoque loci ſubeam faſtigia paſſu.
Tuque adeo decus armorum, noſtrique perenne
Ornamentum æui RAIMVNDE, *his numine cæptis*

Sis

Sis mitis, facilisq. tuo, perque auia Pindi
Me vehe, & ingenio diuinum Helicona reclude.
Aduena Muſarum vetus es, nec bellicus ardor
Pierios mentis potuit cohibere calores;
Quique canenda facis cantu exprimis acta, nec exors
Eſt calami, ſæuo quæ dextera fulminat enſe.
Interdum poſitis clypeo paulìſper, & haſta,
Ac frontem exutus galea ſudore madentem
Aonijs faciles modulatibus allicis auras.
Non aliter manibus populanda ad Pergama natis
Cæde fatigatus, nimioque ſubactus ab æſtu
In ſua ſecedens tentoria fertur Achilles
Æmonias tentaſſe fides, numeriſque ſonoris,
Aut Agamnenonij quæſiſſe obliuia raptus,
Aut Patrocli hærentem pepuliſſe à pectore cædem.
Non virtute minor, numeris imitaris Achillem;
Et modo Cæſareos cantu meditare triumphos,
Quorum tu fueris pars magna, ſoloque fugatum
Theutone, & in patrias Suecum remigrare coactum
Cæde premente niues; modo Turcã ingentia paſſum
Funera, & abſumptas fluuiali in gurgite turmas.
O' mihi tam longe maneat pars vltima vitæ,
Vt tua felici mediter præconia metro!
Sim licet exiguus, magnis nec idoneus auſis,
Saxa tamen bifidi ſuperabo loquacia montis,

Inter & aſcreos alacer numerabor olores.
Interea mihi dexter ades, iunctusque IOANNI
DELPHINO, *cuius iamdudum totus inhæres.*
Pectore prælargos animi lucratus amores,
Propitiam exiguis aurem largire Camænis.
Contuderant armis geminata decennia Cretam,
Et Patris in Venetum Mehemetes dirus alebat
Immortale odium, ſcelerum non degener hæres,
Cum tandem inuadunt animum faſtidia belli,
Sanguineæque faces irarum in corde tepeſcunt.
Deſinit eſſe ferox, nec cædis iniqua voluptas
Pectus, vt ante capit, leuiusque in viſcera ſæuit
Sanguinis atra ſitis, triſtisque libido nocendi.
Terribilem credas maſſyla per arua leonem
Sæuitiem poſuiſſe ſuam, tygridemve feroces
Excuſſiſſe animo ſenſus, oblitaque cædis
Pectora conſilijs tandem patuiſſe benignis.
Hanc reor ingenuit genitrix Cythereia mentem,
Idaliusque puer, qui blanda cuſpide ſenſus
Extulit, & dulces animo inſtillauit amores.
Impia fœmineos capiunt conclauia cœtus
Vndique terrarum lectos, ſpecioſa pudoris
Munera debentes, primæuaque gaudia regi.
Has Veneris ſedes, obſcænaque caſtra frequentat
Barbarus & dulces docilis producere noctes.

Bel-

Digitized by Google

Bellorum immites paulatim exoluit amores,
Placatur Venetis, nullique iraſcitur hoſti.
Mitius ingenium, conuerſaque vota tyranni
Conijcit ex vultu, verbisque miniſter auerni,
Qui comes aſsiduus, laterique perennis adhæret.
Nempe homini infenſo ſuperis, Cæloque rebelli,
Quo duce thuricremis depulſus Chriſtus ab aris
Exulat, & nullis ſurgunt altaria Diuis,
Aſſiſtit ſummi de ſede colonus Olympi,
Qui cunctos homines quauis è gente creatos,
Cuilibet addictos iuri cuſtodit; at illi
Ius nullum in mores hominis, qui militat orco,
Quique Aſiæ fines, & pingui peruia Nilo
Arua, lybesque truces Stygias demittit ad umbras,
Tartareique iubet mandata capeſſere Regis.
Cognitio vix vlla Dei, vix aſtra regentis
Numinis illuxit menti, cui ſola voluptas
Eſt Deus, & ſolum quouis pro numine regnum.
At comes aſſiduus Flegetontis inhæret alumnus,
Inque ſuos fingit furialia pectora mores.
Sæuitiæ ſeruire docet, cumuloque nefandi
Criminis humanos turbare à pectore ſenſus.
Si pietatis amor, probitasque intercidat omnis,
Eque animo fugiat veneranda potentia legum,
Sontibus ignoſcat, pænasque merentibus addat

Præ-

Digitized by Google

Præmia, & inſontes vllo ſine crimine pœnas,
Suppliciumque luant; fas omne abrumpat, & vni
Seruiat ingenio, cui turpia facta probantur,
Solaque blanditur violati infamia iuris,
Moribus his regnum, firmari, ac robora ſceptri
Monſtrat, & hanc vnam dominandi prædicat artē.
Me miſerum, exclamat! furias expellere noſtras
Rex parat, & ſtygios tandem contemnere cultus.
Pulſa fugit feritas, veteriſque inſania mentis,
Exuit & monſtrum, monſtrique immane tyrannus
Ingenium; non bella iuuant, cædeſque nefandas
Damnat, & humani ſitis eſt compreſſa cruoris.
Adriadum claræ vix tandem iraſcitur vrbi,
Et gentem ſuperis placitam, pietatis alumnam,
Soſpite qua nunquam terra Itala ſpernet olympum,
Parcius incenſus, minus implacabilis odit.
Scilicet exoſus contemnere iuſſa Tonantis,
Regnaque noſtra pati Chriſtum amplectatur, & aris
Excolat, ac tutum ſibi ſternat in æthera greſſum.
Tum populos regis conuerſa exempla ſecutos
Magna Dei ſoboles, baratroque inimica profanis
Cultibus ereptos felici deſtinet orbi.
Exitium hoc nobis, quantum cum fulgida victi
Fugimus, & ſtygijs mutauimus aſtra caminiſ.
Cuncta timenda mihi tam triſtia cæpta minantur.

Atque

Atque vbi mortalis metam conſumpſerit æui,
Sonsque minus noſtræ caliginis antra ſubibit,
Quanta nec Odryſios conſueuit perdere Reges
Mole grauis ſcelerum, vitijsque ſubactus iniquis,
Me flagra ſæua prement, atque acrior ignis aduret;
Quod delinquendi non vtilis eſſe miniſter
Dicar, & ad culpas minus illexiſſe pudendas,
Nec facilem iuuenis pepuliſſe in crimina mentem.
Eſt tamen audendum, ſtudijsque flagrantibus artes
Tartareas adhibere libet, fraudumque cateruam
Congerere, atque viam probris aperire patentem.
Dixerat; & ſecum reputans in Magmeda verti
Deſtinat, atque noui ſic ſpargere ſemina belli.
Magmed Arabas vilis fuerat pars infima vulgi,
Eque humili ſeruo Mercator diues olympum
Demeruiſſe ſibi potuit, ſuperúsque videri.
Quin etiam egreſſus de corpore creditur ipſum
Inſpexiſſe Deum. Mendacia Sergius auget,
Intenditque dolos, qui diro Magmeda morbo,
Sæpe laborantem diuino agitarier æſtro
Vulgat, & æthereo cumulari Flamine pectus.
Regnum Arabum diues victricia bella pararunt,
Seruilisque manus ſceptro decorata nefandas
Gentibus Eois leges, ac iura notauit.
Lumina cum tandem vitalia virus ademit,

Le-

Lethæumque animum deſcendere iuſsit in orbem,
Sydereas adiïſſe plagas, Cæloque putatur
Additus æternos æquare Tonantis honores.
Oſſa Mochura fouet pretioſo condita buſto,
Finibus ex Aſiæ cunctis quo credula migrat
Munera turba ferens, falſumque in vota fatigat,
Vexat inextincto quem Tartarus igne, Prophetam.
Huius in effigiem genius Mehemetis iturus
Ædificat ſubitum vicino ex aere corpus,
Et leuibus membris ſpeciem ſuperaddit inanem.
Dixeris eſſe virum, qui luſtra peregerit octo,
Qualis erat, cum triſte dies tulit vltima fatum.
Cæſariem multo complectitur infula nexu,
Altius vnde caput, protexit ſqualida vultum,
Conſumpſitque genas macies, ſinuoſa recedunt,
Hirſutoque ſupercilio ſe lumina condunt.
Inſtita multicolor talos deſcendit ad imos:
Dextra gerit baculum, veluti confirmet euntis
Inceſſum, & lento libret veſtigia paſſu.
Abdita Rex iuuenis penetralia ſolus obibat
Neſcio quid ſecum meditans, cum protinus illi
Obuius eſt ſtygius ſub imagine vatis alumnus.
Correptumque metu, greſſumque referre parantem.
Talibus aggreditur dictis, atque increpat vltro.
Ne fuge me, cuius tua pectus cura remordet,

Nec

Nec ſupera lætum patitur regione potiri.
Huius ego imperij, quod nunc tibi ſubditur, auctor,
Qui terris ſuperum reſeraui oracula Magmed,
Et quamquam excelſi teneam faſtigia regni
Cælicolum princeps, totoque verendus olympo,
Et vix, qui terras, ac ſydera condidit vno
Regnatore minor, ſtudijs tamen acribus vror,
Vt tua tuta ſalus, nulli tua ſceptra periclo
Peruia perpetuo vigeant, æuoque perenni
Obtineat terras ſoboles Othomana potentes.
Sentio; degeneres ſubeunt præcordia ſenſus,
Teque tuæ ſortis, faciles cui ſydera curſus
Proſpera conciliant, & dexter conſulit æther,
Pœnitet; ac veluti capiant faſtidia regni
Eſſe minor cupias, breuioraque ſceptra tueri.
Otia ſic animum vitiant? ſic omnis in artus
Dira voluptatum genetrix, turpiſque quietis
Irruit, & veræ conſumpſit laudis amorem?
Non dum Creta tibi poſt tot certamina ſeruit
Tota, nec accepit, quas ſcribit Thracia, leges.
Nondum pulſus abit Minoide Chriſtus ab ara,
Extinctoque Deo, truculentaque funera paſſo
Gnoſia terra litat, ſacroſque inſtaurat honores.
Proh pudor! Ægæum cumulatum eſt cædibus æquor,
Militibuſque tuis tumulus fuit Helleſpontus.

Igni-

Ignibus abſumptæ ventoſa per æquora claſſes,
Et Venetum facibus tua Luna ſubinde flagrauit.
Nec tamẽ ignauus tam magnum vlciſcere probrum;
Adriadumque paras Vrbi per fœdera iungi?
Quin age Chriſtiadum iam totam à ſtirpe reuelle
Progeniem, populumque ſuis a ſedibus omnem
Eijce, & inuiſæ pereant veſtigia gentis.
Corruat excelſo de vertice Roma, ſuperbum
Imperij nomen, cui totus paruit orbis,
Nunc ſupero dici contermina poſtulat orbi,
Fida Dei ſtatio, ſummique Vicaria Cæli.
Subijcienda prius Germania; Cæſare victo
Bracchia Biſtonijs præbebit Roma catenis.
Hæc dicens facili contingit ſtipite pectus,
Seque oculis Regis præpes ſubduxit ad inſtar
Exiguæ nebulæ, quam turbidus excutit Eurus.
Attonitus iuuenis, rationis & indigus hæſit,
Non ſecus, ac rapidi ſubito quem ſpiritus afflat
Fulminis, & cuncto denudat pectora ſenſu,
Deſtituitque inopem vocis, nec membra mouentem.
Interea arcanum ſalit in præcordia virus
Stipitis attactu genitum, rabiemque medullis
Ingerit occultam, irarumque exſuſcitat ignes.
Excutitur, veteresque abigens a pectore ſenſus,
Quos genuit pietas, odijs in immanibus ardet;

Eſu-

Eſurit infandas cædes, ſitit alta cruoris
Flumina, nec requies animum premit vlla furentem.
Talis Idumæus quondam patuiſſe furori
Creditur Herodes, rabiemque hauſiſſe cruentam,
Impia cum puero meditatus funera Chriſto
Irrita vota tulit, nec tecta inimica tyranni
Eoi repetunt Reges, quos ſydus auitis
Sedibus excitos Betlemia duxit ad antra.
Cædibus Iſacidum fundi incunabula mandat
Protinus, & pueros primæuo in limine vitæ
Enſe premi, ac nullam Solimæa per Oppida prolem
Maſculeam crudele vetat non perdere ferrum.
Chriſtiadas vlciſci omnes, in funera gentem
Trudere Biſtonius, populumque tyrannus anhelat
Perdere, & ipſum etiam penitus conſumere nomen
Ardet inops animi, ſtimulisque furentibus actus.
Non ita Romuleas populari optauerat Arces
Annibal, & diris Capitolia credere flammis.
Mitius excelſis Aquileiæ turribus olim
Athila ſæuibat, cum longo ad mœnia Marte
Hæſit, & obſidio conſumpſit caſtra trimeſtris.
Tu quoque Troianas minus implacabilis Arces
Perdere quæſieras Menelae, vbi perfidus hoſtis
Se Paris abdiderat poſt raptæ crimina ſponſæ.
Extemplo accerſi iubet in conclaue miniſtrum,

Om-

Omnia qui nactus ſupremo a Rege ſecundum,
Sortitusque locum immeritis moderatur habenis.
Bello, ait, Europam placitum vexare potenti,
Cunctaque Chriſtiadum donare voracibus armis
Oppida, & ex totis Chriſtum depellere terris.
Romulidum ſedes, gentemque impendere flammis
Suadet amor, noſtri quæ prima eſt nominis hoſtis:
Sed per Theutonicas Romana ad tecta ruinas
Eſto gradus, Cæſarque tuo prælude ſubactus
Pontifici, cladesque ſuas, ſupremaque fata
Sentiat exciſo, metuatque in Theutone Roma.
Dixerat; at ſupplex Viſirius ebibit aure
Iuſſa furentis heri, qui pronus in improba ſemper
Facta, nec ingenio renuente in crimina pulſus
His inhiat, ſpondetque fidem, belloque paratum
Se probat, & nulli promittit abeſſe periclo.
Protinus armiferas Aſiæ per regna cohortes
Imperat acciri, validasque in prælia turmas
Claßica vbique cient; quicumque impuberis æui
Finibus egreſſus tractandis vtilis armis,
Vel ſenio nondum victus, propiorque ſepulchro
Nomina militiæ dare cogitur; arua colonus
Deſerit; infeſtum falces acuuntur in enſem;
Vomeris vſus abit, nec aratris terra ſecatur:
Vnus equos amor eſt ad frena vocare vagantes.
ATa-

A Tanai ad Nilum Viſirius arma capeſſi
Præcipit; ad bellum Lydi, Caresque vocantur,
Ionij, Atque Phryges; Mirtoum qui mare cernunt,
Ægæumve ſalum, & queis nomina tradidit vndis
Icarus, infirmis nimium ſublimia pennis,
Qui petiiſſe auſus miſera patris arte periuit.
Quas vagus Euphrates, mediasque interluit oras
Tigris, ab emiſſo cui tradita nomina telo.
Scilicet hoc citior Nabathæum amplexus Hydaſpem
Perſica regna petit, rubrumque erumpit in æquor,
Emiſere ſuos ad Thracia ſigna colonos.
Seruitij quondam indociles, faſcesque Quiritum
Sæpe aſpernatos, inuictaque Cæſaris arma,
At nunc degeneres, & in omnia iuſſa paratos
Ad dirum Armenios mittunt Artaxata bellum,
Pannonijsque plagis cladem meditatur Araxes.
Tu quoque deſertis patriæ decedere luſtris,
Damnatique ſoli, Scytha, vertere cogeris oras;
Barbare, de rapto cui viuere ſola voluptas,
Vnicus in præda cenſus, furtisque nefandis.
Te tuus haud Tanais frigente coercuit vnda,
Pannoniumque ſolum, populoſaque Theutonis arua
Barbariem timuere tuam, tremuere furorem.
His alimenta parant cum Mæſis Gargara campis
Cætibus; hos ſegetes tellus Ægyptia nutrit

Digitized by Google

Imbre madens nullo, pluuio nec peruia Cælo,
Niliacis ſed merſa vadis; vbi Syrius agros
Æſtifer exurit, laticesque in fontibus arent,
Intereuntque ſiti per apertos gramina campos,
Nilus aquis locuples non aggere claudirur vllo,
Et ſupereuectus fluuio ſeptemplice ripas
Mergit humum, vultumq; ſuum ſtagnantibus agris
Eripit, & fuſis latet abdita terra ſub vndis.
Romanam Ægyptus quondam nutriuerat vrbem,
Romanoque ſolo creſcebat Nilus, at vrbi
Nunc Bizantinæ famulatur, & horrea genti
Complet inhumanæ, meſſesque enutrit opimas.
Vt ſatis incenſas, & in impia bella paratas
Biſtonidum mentes ſenſit Flegetontis alumnus,
Qui Bizantinum falſi ſub imagine vatis
Luſerat, & ſtygia deceperat arte tyrannum,
In noua conuertit fraudum molimina mentem,
Fallacesque dolos iterum meditatur, & aſtum,
Ad mala qui ſegnis nunquam eſt, in damna laceſſit.
Verum ipſi vetitum ſcelerati Principis aulam
Deſeruiſſe diu, ac non cominus eſſe negatum.
Tartara præpes adit, ſtygiaque è plebe ſodalem
Aduocat. huic primum fraudes componere munus,
Fallere mortales, mendacem fingere vultum,
Voces, atque notas mira innouat arte, dolosque
Rima-

Digitized by Google

Rimatur penitus, frandeſque intelligit omnes.
Proteus haud totidem membris inducere formas
Creditus, inque nouas olim migrare figuras;
Cum Leo, cum Serpens, Tygris, Pantæra, Lupusque,
Informiſque Vrſus ſyluis errabat in altis.
Piſcis erat ſquamis indutus, & æquoris hoſpes.
Stipitis interdum ſpeciem ſimulabat, humique
Fixus inhæreſcens in opacos bracchia ramos
Finxerat, & molles viſi frondeſcere crines.
Et modo, cum placitum pluuios liquefactus in imbres
Frugibus humores, alimentaque falſa ferebat.
Pronior in cunctas Flegetontius incola fraudes
Nullius artis inops, mendacia natus ad omnia.
Scilicet infantis per prima exordia mundi
In colubrum verſus dictis fallacibus Euam
Cepit & ad vetiti deduxit pabula mali,
Vnde lues hominum fluxit, cumulusque malorum,
Quæque premunt noſtram dura infortunia vitam.
Inde nouis ſemper mortalia pectora vinxit,
Corripuitque dolis. Sampſonem hoc docta magiſtro
Dalida decepit, cauſaſque aperire potentis
Roboris, & mirum ſuaſit reſerare capillum.
Somnia componit, ſopitaque pectora vanis
Ludit imaginibus; quin & vigilantibus aufert
Aſpectum rerum, ſpecieque eludit inani

Præmia, & inſontes vllo ſine crimine pœnas,
Suppliciumque luant; fas omne abrumpat, & vni
Seruiat ingenio, cui turpia facta probantur,
Solaque blanditur violati infamia iuris,
Moribus his regnum, firmari, ac robora ſceptri
Monſtrat, & hanc vnam dominandi prædicat artē.
Me miſerum, exclamat! furias expellere noſtras
Rex parat, & ſtygios tandem contemnere cultus.
Pulſa fugit feritas, veteriſque inſania mentis,
Exuit & monſtrum, monſtrique immane tyrannus
Ingenium; non bella iuuant, cædeſque nefandas
Damnat, & humani ſitis eſt compreſſa cruoris.
Adriadum claræ vix tandem iraſcitur vrbi,
Et gentem ſuperis placitam, pietatis alumnam,
Soſpite qua nunquam terra Itala ſpernet olympum,
Parcius incenſus, minus implacabilis odit.
Scilicet exoſus contemnere iuſſa Tonantis,
Regnaque noſtra pati Chriſtum amplectatur, & aris
Excolat, ac tutum ſibi ſternat in æthera greſſum.
Tum populos regis conuerſa exempla ſecutos
Magna Dei ſoboles, baratroque inimica profanis
Cultibus ereptos felici deſtinet orbi.
Exitium hoc nobis, quantum cum fulgida victi
Fugimus, & ſtygijs mutauimus aſtra caminis.
Cuncta timenda mihi tam triſtia cæpta minantur.

Atque

Atque vbi mortalis metam conſumpſerit æui,
Sonsque minus noſtræ caliginis antra ſubibit,
Quanta nec Odryſios conſueuit perdere Reges
Mole grauis ſcelerum, vitijsque ſubactus iniquis,
Me flagra ſæua prement, atque acrior ignis aduret;
Quod delinquendi non vtilis eſſe miniſter
Dicar, & ad culpas minus illexiſſe pudendas,
Nec facilem iuuenis pepuliſſe in crimina mentem:
Eſt tamen audendum, ſtudijsque flagrantibus artes
Tartareas adhibere libet, fraudumque cateruam
Congerere, atque viam probris aperire patentem.
Dixerat; & ſecum reputans in Magmeda verti
Deſtinat, atque noui ſic ſpargere ſemina belli.
Magmed Arabas vilis fuerat pars infima vulgi,
Eque humili ſeruo Mercator diues olympum
Demeruiſſe ſibi potuit, ſuperósque videri.
Quin etiam egreſſus de corpore creditur ipſum
Inſpexiſſe Deum. Mendacia Sergius auget,
Intenditque dolos, qui diro Magmeda morbo,
Sæpe laborantem diuino agitarier æſtro
Vulgat, & æthereo cumulari Flamine pectus.
Regnum Arabum diues victricia bella pararunt,
Seruilisque manus ſceptro decorata nefandas
Gentibus Eois leges, ac iura notauit.
Lumina cum tandem vitalia virus ademit,

Le-

Letheumque animum deſcendere iuſsit in orbem,
Sydereas adijſſe plagas, Cæloque putatur
Additus æternos æquare Tonantis honores.
Oſſa Mochura fouet pretioſo condita buſto,
Finibus ex Aſiæ cunctis quo credula migrat
Munera turba ferens, falſumque in vota fatigat,
Vexat inextincto quem Tartarus igne, Prophetam.
Huius in effigiem genius Mehemetis iturus
Ædificat ſubitum vicino ex aere corpus,
Et leuibus membris ſpeciem ſuperaddit inanem.
Dixeris eſſe virum, qui luſtra peregerit octo,
Qualis erat, cum triſte dies tulit vltima fatum.
Cæſariem multo complectitur infula nexu,
Altius vnde caput, protexit ſqualida vultum,
Conſumpſitque genas macies, ſinuoſa recedunt,
Hirſutoque ſupercilio ſe lumina condunt.
Inſtita multicolor talos deſcendit ad imos:
Dextra gerit baculum, veluti confirmet euntis
Inceſſum, & lento libret veſtigia paſſu.
Abdita Rex iuuenis penetralia ſolus obibat
Neſcio quid ſecum meditans, cum protinus illi
Obuius eſt ſtygius ſub imagine vatis alumnus.
Correptumque metu, greſſumque referre parantem.
Talibus aggreditur dictis, atque increpat vltro.
Ne fuge me, cuius tua pectus cura remordet,

Nec

Nec ſupera lætum patitur regione potiri.
Huius ego imperij, quod nunc tibi ſubditur, auctor,
Qui terris ſuperum reſeraui oracula Magmed,
Et quamquam excelſi teneam faſtigia regni
Cælicolum princeps, totoque verendus olympo,
Et vix, qui terras, ac ſydera condidit vno
Regnatore minor, ſtudijs tamen acribus vror,
Vt tua tuta ſalus, nulli tua ſceptra periclo
Peruia perpetuo vigeant, æuoque perenni
Obtineat terras ſoboles Othomana potentes.
Sentio; degeneres ſubeunt præcordia ſenſus,
Teque tuæ ſortis, faciles cui ſydera curſus
Proſpera conciliant, & dexter conſulit æther,
Pænitet; ac veluti capiant faſtidia regni
Eſſe minor cupias, breuioraque ſceptra tueri.
Otia ſic animum vitiant? ſic omnis in artus
Dira voluptatum genetrix, turpiſque quietis
Irruit, & veræ conſumpſit laudis amorem?
Non dum Creta tibi poſt tot certamina ſeruit
Tota, nec accepit, quas ſcribit Thracia, leges.
Nondum pulſus abit Minoide Chriſtus ab ara,
Extinctoque Deo, truculentaque funera paſſo
Gnoſsia terra litat, ſacroſque inſtaurat honores.
Proh pudor! Ægæum cumulatum eſt cædibus æquor,
Militibuſque tuis tumulus fuit Helleſpontus.

Igni-

Digitized by Google

Ignibus abſumpta ventoſa per æquora claſſes,
Et Venetum facibus tua Luna ſubinde flagrauit.
Nec tamē ignauus tam magnum vlciſcere probrum;
Adriadumque paras Vrbi per fœdera iungi?
Quin age Chriſtiadum iam totam à ſtirpe reuelle
Progeniem, populumque ſuis a ſedibus omnem
Eÿce, & inuiſæ pereant veſtigia gentis.
Corruat excelſo de vertice Roma, ſuperbum
Imperÿ nomen, cui totus paruit orbis,
Nunc ſupero dici contermina poſtulat orbi,
Fida Dei ſtatio, ſummique Vicaria Cæli.
Subÿcienda prius Germania; Cæſare victo
Bracchia Biſtonÿs præbebit Roma catenis.
Hæc dicens facili contingit ſtipite pectus,
Seque oculis Regis præpes ſubduxit ad inſtar
Exiguæ nebulæ, quam turbidus excutit Eurus.
Attonitus iuuenis, rationis & indigus hæſit,
Non ſecus, ac rapidi ſubito quem ſpiritus afflat
Fulminis, & cuncto denudat pectora ſenſu,
Deſtituitque inopem vocis, nec membra mouentem.
Interea arcanum ſalit in præcordia virus
Stipitis attactu genitum, rabiemque medullis
Ingerit occultam, irarumque exſuſcitat ignes.
Excutitur, veteresque abigens a pectore ſenſus,
Quos genuit pietas, odÿs in immanibus ardet;

Eſu-

Eſurit infandas cædes, ſitit alta cruoris
Flumina, nec requies animum premit vlla furentem.
Talis Idumæus quondam patuiſſe furori
Creditur Herodes, rabiemque hauſiſſe cruentam,
Impia cum puero meditatus funera Chriſto
Irrita vota tulit, nec tecta inimica tyranni
Eoi repetunt Reges, quos ſydus auitis
Sedibus excitos Betlemia duxit ad antra.
Cædibus Iſacidum fundi incunabula mandat
Protinus, & pueros primæuo in limine vitæ
Enſe premi, ac nullam Solimæa per Oppida prolem
Maſculeam crudele vetat non perdere ferrum.
Chriſtiadas vlciſci omnes, in funera gentem
Trudere Biſtonius, populumque tyrannus anhelat
Perdere, & ipſum etiam penitus conſumere nomen
Ardet inops animi, ſtimuliſque furentibus actus.
Non ita Romuleas populari optauerat Arces
Annibal, & diris Capitolia credere flammis.
Mitius excelſis Aquileiæ turribus olim
Athila ſæuibat, cum longo ad mœnia Marte
Hæſit, & obſidio conſumpſit caſtra trimeſtris.
Tu quoque Troianas minus implacabilis Arces
Perdere quæſieras Menelae, vbi perfidus hoſtis
Se Paris abdiderat poſt raptæ crimina ſponſæ.
Extemplo accerſi iubet in conclaue miniſtrum,

Om-

Omnia qui nactus ſupremo a Rege ſecundum,
Sortitusque locum immeritis moderatur habenis.
Bello, ait, Europam placitum vexare potenti,
Cunctaque Chriſtiadum donare voracibus armis
Oppida, & ex totis Chriſtum depellere terris.
Romulidum ſedes, gentemque impendere flammis
Suadet amor, noſtri quæ prima eſt nominis hoſtis:
Sed per Theutonicas Romana ad tecta ruinas
Eſto gradus; Cæſarque tuo prælude ſubactus
Pontifici, cladesque ſuas, ſupremaque fata
Sentiat exciſo, metuatque in Theutone Roma.
Dixerat; at ſupplex Viſirius ebibit aure
Iuſſa furentis heri, qui pronus in improba ſemper
Facta, nec ingenio renuente in crimina pulſus
His inhiat, ſpondetque fidem, belloque paratum
Se probat, & nulli promittit abeſſe periclo.
Protinus armiferas Aſiæ per regna cohortes
Imperat acciri, validasque in prælia turmas
Claßica vbique cient; quicumque impuberis æui
Finibus egreſſus tractandis vtilis armis,
Vel ſenio nondum victus, propiorque ſepulchro
Nomina militiæ dare cogitur; arua colonus
Deſerit; infeſtum falces acuuntur in enſem;
Vomeris vſus abit, nec aratris terra ſecatur:
Vnus equos amor eſt ad frena vocare vagantes.

ATa-

A Tanai ad Nilum Viſirius arma capeſſi
Præcipit; ad bellum Lydi, Caresque vocantur,
Ionij, Atque Phryges; Mirtoum qui mare cernunt,
Ægæumve ſalum, & queis nomina tradidit undis
Icarus, infirmis nimium ſublimia pennis,
Qui petiiſſe auſus miſera patris arte periuit.
Quas vagus Euphrates, mediasque interluit oras
Tigris, ab emiſſo cui tradita nomina telo.
Scilicet hoc citior Nabathæum amplexus Hydaſpem
Perſica regna petit, rubrumque erumpit in æquor,
Emiſere ſuos ad Thracia ſigna colonos.
Seruitij quondam indociles, faſcesque Quiritum
Sæpe aſpernatos, inuictaque Cæſaris arma,
At nunc degeneres, & in omnia iuſſa paratos
Ad dirum Armenios mittunt Artaxata bellum,
Pannonijsque plagis cladem meditatur Araxes.
Tu quoque deſertis patriæ decedere luſtris,
Damnatique ſoli, Scytha, vertere cogeris oras;
Barbare, de rapto cui viuere ſola voluptas,
Vnicus in præda cenſus, furtisque nefandis.
Te tuus haud Tanais frigente coercuit unda,
Pannoniumque ſolum, populoſaque Theutonis arua
Barbariem timuere tuam, tremuere furorem.
His alimenta parant cum Mæſis Gargara campis
Cætibus; hos ſegetes tellus Ægyptia nutrit

Imbre madens nullo, pluuio nec peruia Cælo,
Niliacis ſed merſa vadis; vbi Syrius agros
Æſtifer exurit, laticesque in fontibus arent,
Intereuntque ſiti per apertos gramina campos,
Nilus aquis locuples non aggere claudirur vllo,
Et ſupereuectus fluuio ſeptemplice ripas
Mergit humum, vultumq; ſuum ſtagnantibus agris
Eripit, & fuſis latet abdita terra ſub vndis.
Romanam Ægyptus quondam nutriuerat vrbem,
Romanoque ſolo creſcebat Nilus, at vrbi
Nunc Bizantinæ famulatur, & horrea genti
Complet inhumanæ, meſſesque enutrit opimas.
Vt ſatis incenſas, & in impia bella paratas
Biſtonidum mentes ſenſit Flegetontis alumnus,
Qui Bizantinum falſi ſub imagine vatis
Luſerat, & ſtygia deceperat arte tyrannum,
In noua conuertit fraudum molimina mentem,
Fallacesque dolos iterum meditatur, & aſtum,
Ad mala qui ſegnis nunquam eſt, in damna laceſſit.
Verum ipſi vetitum ſcelerati Principis aulam
Deſeruiſſe diu, ac non cominus eſſe negatum.
Tartara præpes adit, ſtygiaque è plebe ſodalem
Aduocat. huic primum fraudes componere munus,
Fallere mortales, mendacem fingere vultum,
Voces, atque notas mira innouat arte, dolosque

Rimatur penitus, fraudeſque intelligit omnes.
Proteus haud totidem membris inducere formas
Creditus, inque nouas olim migrare figuras;
Cum Leo, cum Serpens, Tygris, Pantæra, Lupuſque,
Informiſque Vrſus ſyluis errabat in altis.
Piſcis erat ſquamis indutus, & æquoris hoſpes.
Stipitis interdum ſpeciem ſimulabat, humique
Fixus inhæreſcens in opacos bracchia ramos
Finxerat, & molles viſi frondeſcere crines.
Et modo, cum placitum pluuios liquefactus in imbres
Frugibus humores, alimentaque falſa ferebat.
Pronior in cunctas Flegetontius incola fraudes
Nullius artis inops, mendacia natus ad omnia.
Scilicet infantis per prima exordia mundi
In colubrum verſus dictis fallacibus Euam
Cepit & ad vetiti deduxit pabula mali,
Vnde lues hominum fluxit, cumuluſque malorum,
Quæque premunt noſtram dura infortunia vitam.
Inde nouis ſemper mortalia pectora vinxit,
Corripuitque dolis. Sampſonem hoc docta magiſtro
Dalida decepit, cauſaſque aperire potentis
Roboris, & mirum ſuaſit reſerare capillum.
Somnia componit, ſopitaque pectora vanis
Ludit imaginibus; quin & vigilantibus aufert
Aſpectum rerum, ſpecieque eludit inani

Lumina, cum mediјs profert viridaria brumis,
Regalesque domos, effultaque tecta columnis,
Hic vbi ſylua riget, ſerpuntque per inuia ſentes
Compita, & hirſuti connectunt vicula dumi,
Suſpicienda parat, ſpecioſaque ſpectra miniſtrat.
Hic vehit infames volucris ſub imagine capri,
Mentitusve ſuem, vel dorſum immane draconis
Sagarum cætus, perque horrida tecta ferarum
Mendaces epulas, mentitaque fercula menſis
Inſtruit, & falſo deludit labra Lyæo.
Quem Bizantinæ cuſtos Flegetontius aulæ
Talibus alloquitur dictis. Sat ſtruximus ipſi
Irarum, & ſæuis alimenta parauimus armis.
Sæuit atrox odiјs qui Thracibus imperat oris;
In pugnas coeunt, & in impia bella cohortes,
Arma fremit vulgus, amens fremit arma iuuentus,
Et grege permixto bellum, puerique, ſenesque,
Et proceres vili bellum cum plebe repoſcunt.
Fraudibus hic noſtris modus eſt, nec tendimus vltra,
Tendere enim vetitum. non eſt prouincia nobis
Credita fallendi, nec tales poſcimur artes,
Nec Bizantinum fas eſt liquiſſe tyrannum.
Te penes arbitrium fraudum componere moles,
Atque dolis aperire vias, tu ſume figuras,
Indue tu vultus capiendis mentibus aptos;

Siue

Siue hominem te ſinge pium, ſeu ſinge nocentem.
Decipe mentita patris ſub imagine natos;
Si iuuat æthereæ ſimula regionis alumnum,
Et capiti radios, lucemque appone micantem,
Cæleſtisque Dei ſidum mentire miniſtrum,
Iuſſaque falſa refer. Pereant quicumque Tonantem
Inuiſum nobis venerantur, & anxia Chriſto
Vota ferunt, hominisque Dei mandata capeſſunt.
Sic ait; & volucri repetit penetralia curſu
Regis inhumani. fraudum faber ocyus vmbras
Deſerit infernas, turpesque paratus ad artes,
Et docilis verſare dolos ad Cæſaris aulam
Euolat, & ſancti penetrat faſtigia tecti.
Obuius hic curis noctem LEOPOLDVS *agebat*
Inſomnem, nec amica quies obrepſerat artus.
Threicios motus, Bizantinosque tumultus
Pectore verſabat vigili, quo tenderet armis
Rex ferus, & belli rabies quem tanta maneret.
Nouit inextinctas ſcelerato in Biſtone flammas,
Perpetuumque odium, quo Chriſti peruia ſacris
Regna petit, ſeque inuiſum, totamque tyranno
Auſtriacam ſobolem, qua non eſt altera Cælo
Gratior, & ſtygio minus opportuna furori.
Pannoniæ metuit, cuius non pauca tyranno
Oppida ſuccumbunt; totamque ad perſida gentem

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Sceptra peti, nulloque animum, cui numina curæ,
Nulla, coerceri, rerum nec limite claudi,
Sat notum, & quantum imperij producere fines
Ardeat, ac proferre ſui poemæria regni
Thracius, & totas tandem ſibi ſubdere terras.
Non ſecus Ægæi qui nauigat æquora ponti
Nocte ſub illuni diſcrimina mobilis vndæ,
Inſidiasque timet ſublimi è puppe magiſter
Sydera reſpiciens rapidos minitantia cauros,
Seu boreæ furias, lybici ſeu bella furentis.
Talia dum tacito LEOPOLDVS *pectore voluit,*
Curarumque æſtus animum, fluctusque fatigant.
Adducit tandem quæſita obliuia ſomnus,
Et ſenſus placida pennarum aſpergine ſopit.
Repperit hæc ſtygius texendæ accommoda fraudi
Tempora Vertumnus, ſubitoque ad ſpectra recurrit,
Aſſuetisque parat ſimulacris fallere ſenſus
Cæſaris, & falſis mentem irretire figuris.
In patrios vultus, manifeſtaque vertitur ora,
Et FERDINANDVM *ſimulat, falſaque verendos*
Canitie crines, mentitaque tempora veſtit.
Idem frontis honos, ſolio quo ſuetus ab alto
Cerner, & populis leges, ac iura ferebat.
Regia conſpicuus decorabat lumina fulgor,
Inque genis ſpecies venerabilis; omnia tandem

Cæ-

Cæſaris eſſe putes, mores imitata, ſonumque
Vocis, & vt poſſint LEOPOLDI *fallere mentem.*
Hunc adit, & blando ſimilis ſic farier infit.
Nate mihi quondam vitali dulcior aura,
Soſpite quo nunquam vitam abſoluiſſe putabor,
Et veſtrum poſuiſſe diem; quæ pectora curæ
Sollicitant, animamque premunt? quis mæror abegit
Gaudia, & immunem magni vetat eſſe laboris?
Arma times, quæ Turca mouet, Thraceſque phalanges
Ingenuere metum, ne noſtra in regna ferantur?
Intempeſtiuo patuiſti, nate, timori.
Sollicitas tandem curarum diſcute nubes,
Triſtitiamque fuga. non iſtis bella parantur
Finibus, & noſtris non debita prælia regnis.
Gentibus externis molitur Thracia clades,
Perſarum domino triſtes meditata catenas,
Regibus aut alijs, quos non vicinia terræ
Conciliant, ſacri-ve tibi conſortia cultus.
Prælia ſecurus ſpectes aliena, tuiſque,
Sic placitum ſuperis, vlciſcere hoſtibus hoſtes.
Bellorum immunis Germania, nullaque cernet
Agmina Danubius tanti diſcriminis exors.
Otia pacis ama, fuge bella, coactaque Ibero
Agmina mittantur caſtigatura tyrannum
Luſiadem, qui non meritos furatus honores

Regia ſceptra gerit patrueli erepta PHILIPPO;
Vindice te pœnas dabit improbus, èque ſuperbo
Deiectus ſolio nil ſtultius eſſe docebit,
Quam rapere Auſtriacæ diademata debita fronti;
Luſiadumque illi raptum ſit denique regnum,
Dempta Palatino quod ſceptra fuere Boema.
Hæc ait & iuuenem iam mutua verba parantem
Aufugit, & volucres dicto ocyus exit in auras.

DE

Digitized by Google

DE BELLO PANNONICO.

Liber Secundus.

TAlibus inſidijs muniuerat impia Thracum
Arma herebi ſoboles, diraſque adiuuerat artes,
Quæ Bizantinis iampridem regna tyrannis
Accumulant, Aſiamq; omnem, Lybiamq; patentem;
Et Danaum terras ſcelerata in vincula pellunt.
Nonniſi per fraudes Othomana potentia magnum
Creuit in imperium; ſi callidus abſuit aſtus,
Nullus erat telorum vſus, modicumque laborem
Incomitata dolis, & aperta ferebat Enyo.
Spreuimus iratas acies, confeſſaque pugnas
Agmina, ſed tectis fallacia proterit armis.
Pannoniæ fines, Iſtrique minoribus vndis
Peruia Threicias ceperunt arua cohortes,
Seque aperit tandem dux agminis impius hoſtem,
Quaſque diu texit Viſirius explicat iras.
Tunditur immodicis curſorum hinnitibus aer,
Queis neque ſufficiunt ſpatioſi ad pabula campi,
Nec largas ſatis aucta queant dare flumina limphas.
Sunt anguſta virum nimijs tentoria turmis,
Eſt humus ipſa minor: coijſſe putabis in vnum

Quidquid ad occiduam Nabathæo a littore Thetin
Terra hominum nutrit, viduatas Ciuibus vrbes
Huc populum miſiſſe ſuum, deſertaque cætu
Oppida poſcentes fraudaſſe colentibus agros.
Hac acie tumidus ſub vtroque iacentia Phœbo
Littora Biſtonio ductor promittere Regi
Audeat, & pulſo patrij de culmine regni
Cæſare, qua gemino fulget regina volucrum
Vertice barbaricæ largiri mœnia lunæ.
Crederis his dignus, NICOLAE, *potentibus armis*
Primus & his peteris; te Thracia credidit hoſtem,
In quem tota ruat, coniunctaque tela ferantur
Vnius in cædem capitis, quo ſoſpite iactant
Eſſe minus tutas, quas barbarus occupat vrbes,
Nec ſatis ingentes populos immania Thracum
Iuſſa pati, dirique iugo ſuccumbere Turcæ.
Abſumpſere tuas inimica incendia turres,
Et formidatam vicinis hoſtibus arcem
Deuorat ignis edax, quem non contermina vincunt
Flumina, Danubij cognata nec vnda coercet.
Non eadem te fata manent; contemnere doctus
Innumeras acies, nec cuſpide læſus ab vlla,
Qua tua quæſierint irati funera Thraces,
Concidis immanis laceratus dentibus apri,
Herculeis qualem, nec tellus Mænala telis,

Nec,

Nec, Meleagre, tuis Calidonius obtulit horror.
Sic fera Biſtonias ulciſcitur impia cædes,
Datque virum letho, cui fila perennia Clotho
Ducere debuerat nullo violanda ſororis
Forcipe, nec digitis unquam rumpenda malignis,
Omnibus Ungaridum ferus imminet arcibus hoſtis,
Speque vorat cunctas, bellum dolet omnibus unum
Eſſe impar, nec diuiſo velit arma mouere
Marte, leo veluti ſpectans de vertice montis
Diſperſos per prata greges, uno impete cunctos
Inuaſiſſe cupit, dubius quos præferat hæret.
Eligitur tandem ſcelerati in limine belli
Naiaſel. hoſtili prima hæc damnata furori,
Poſſe nec in multum differre pericula tempus
Creditâ, nec remoram factura ruentibus armis.
Et ferrũ, & flammas, & quidquid metuatur ab hoſte,
Præfecto indicit, funeſtaque cuncta minatur
Arbiter armorum Viſirius, ocius urbem
Ni dedat, quam non longum defendere poſſit.
Frangitur haud ullis virtus Germana minarum
Ictibus, immoto vexilla micantia cernit
Lumine, nec ſegnis reperit præcordia terror.
Non ſecus ac cautus, pelagoque aſſuetus atroci
Clauiger, ut cæpit vento incumbente moueri
Pontus, & effractis cecidit de nubibus imber,

Arte

Arte ſua fretus ſurgentes deſpicit vndas,
Indocilisque metus ventorum prælia ridet.
Hic iubet arctari, breuioraque lintea flatus
Excipere, hic validis ſubigi ſurgentia remis
Æquora demandat; clauo ipſe interritus hæret.
Tu quoque talis eras, animisque his plenus agebas,
Cui fuerat validi cuſtodia tradita muri,
Nec tua degeneres cecidere in pectora ſenſus.
At cadit, immodico premitur ſi pondere virtus.
Maccabæus erat multis par millibus vnus
Creditus; hoſtiles docilis contemnere cætus,
Atque adeo intrepidus venienti occurere morti.
Nudatum Aſſyriæ debellauere cohortes
Milite, multiplicis perpeſſum vulnera dextræ.
Agminis inſtar erat, proprioque Leonida maior
Nomine, cum modica ſociatus in arma phalange.
Perſarum turmis occurreret; eſſe putares
Centum homini dextras, centenaque tela vibrantes
Vno, eodemque ictu; numero ſed victus ab ipſo
Corruit, & celebres ſacrauit ſanguine fauces,
Et bellatores vna cecidere trecenti,
Frangere quos magnus potuit, non flectere Xerſes.
Herculea quamuis virtute eſt copia maior.
Cingitur obſidio, premiturque furentibus armis
Naiaſel, horribili tormenta ſonantia bombo

Euo-

Digitized by Google

Euomuere pilas, muriſque ignita tulerunt
Vulnera, qui fracti rimas fecere patentes,
Biſtonioque aditum non vna ex parte dederunt.
Interea magno curarum fluctuat æſtu
Cæſar, & attonitus relegit, fraudeſque, doloſque,
Quos malefida quies, & falſa inſomnia menti
Non pridem attulerant. ſic me tua luſit imago,
Sopitumque, Pater, ſpecies conſpecta fefellit?
Sic me, ait, odiſti poſt funera, cuius in ore
Soſpitis vnus eram non vnquam à pectore pulſus?
An licuit ſtygij mendacibus orbis alumnis
Fallere deſumpta genitoris imagine natum?
Non ſpecies ea vana quidem; tu viſus adeſſe
Qualis eras, dum vita fuit, vocemque ferebas
Auribus aſſuetam, nec verba ignota ſonantem.
Noſtra ne ſydereo placuere impendia Regi,
Vt velit ordiri fraudes, cui ſola probatur
Intemerata Fides, & Thracibus addere vires
Faſcibus, ac populos ſcelerato augere tyranno?
Decipimur, certum eſt; quæ noſtri erroris origo,
Scire nefas, damnique latent exordia noſtri.
Aurea Cæſarei penetrarunt ſydera queſtus,
Nec latuere patrem: non peruius ille dolori,
Nec capiunt animum, cui ſe Deus ipſe videndum
Obijcit, vrentes hominum præcordia curæ.

Digitized by Google

Pectus inacceſſum mæroribus omnia mulcent
Gaudia, nec lætis modus eſt ſucceſſibus vllus;
Vtque natat piſcis per apertas æquoris vndas,
Ac totis permixtus aquis, ſic fluctuat inter
Delicias, ſummi quem poſſidet aula Tonantis.
Non tamen amiſit veteres LEOPOLDVS *Amores,*
Nec patrio fugit de viſcere, nempe parenti
Progenies ſimilis pietate, ac moribus æquis
Non impar, nunquàm virtutem oblita paternam.
Non dolet; affinem poteris dixiſſe dolenti;
Quem ſic affatur ſummi dominator Olympi:
Excute mæroris nebulas, furare labori
Pectora, prolis amor quem parturit; hæc mage noſtrum
Cura animum tangit, noſterque in Cæſare vultus
Semper erit, cui regnum ingens diuina parauit
Relligio, & faſces pietas ſubmiſit auitos.
Non alius caſtas veneratur ſanctius aras,
Nec numeros implet probitatis amantius omnes.
Integer annorum, primæque in flore iuuentæ
Longæuas nutrit curas, ſtudioque ſenili
Ætatem anteuolans triplici diademate dignus
Redditus, & noſtros plenè lucratur amores.
Quo mage ſe prodat conſtanti in pectore robur
Poſſe premi ſinimus, propriasque indulſimus artes
Sedis auernalis prædonibus. hæc via Cælo

Te

Te quoque donauit; Stygiæ prædonibus vndæ
Non leuiter licuit, patrias cum perfidus oras
Guſtauus fugiens bello tua regna cruento
Preſſit, & inſanis cumulauit cædibus vrbes.
Fulminis inſtar erat, quo ſaucia Theutonis arua
Exitium, cædes, ſupremaque fata timebant.
Quæ fuerit tandem fortuna, quis exitus illi,
Soſpite te, regnisque tuis virtute redemptis
Ipſe refer. quandoque pios odiſſe, probosque
Credimur, aut noſtræ ſaltem ſubducere curæ,
Quo magis in duris pandat ſua lumina virtus,
Non ſecus ac rapidis aperitur in ignibus aurum.
Tu quem mentitus Flegetontius incola nato
Callidus impoſuit, fraudum velamina demes,
Grataque Cæſareæ referes ſolatia menti.
Te videat qualem meruit LEOPOLDVS, *& acres*
Exuat inſpecta genitoris imagine luctus.
Sic ait, & lætum ſublimi ex æthere ſomnum,
Qui Cæli arcanum, diuinaque fata recludat
Cæſaris in ſenſus, ſopitaque pectora vertit.
Non procul à porta, qua Cinthius exit, eoa
Ianua ſe claro criſtallina cardine voluit.
Ante patere ſolet, quam phoſphorus aurea pandat
Limina ſolis equis, cognataque ſydera Cælo
Auferat, & totum reduci pret æthera Phœbo.

Inde

Inde hominum in caſtas erumpunt ſomnia mentes;
Quæque Deus ſuperos explanatura receſſus,
Conſilijque ſui terris prænuncia mittit.
Hac graditur ſomnus, volucrique per aera penna
Cæſaris ad ſedes vehitur; non pulchrior vnquam,
Nec iucunda magis ſpecies mortalia pauit
Lumina, nec menti tam dulcia gaudia duxit.
Hæc veluti in ſpeculo quidquid cæleſtia condunt
Atria ſpectandum LEOPOLDO *cominus offert.*
Scilicet hic viſus ſpatioſum intraſſe theatrum
Lumine inextincto, flammaque perenne coruſcum;
Nec tamen ignis obeſt, nec noxia flamma, ſed auget
Lætitiam, ſummaque oculos dulcedine paſcit.
Dum ſpatia, & motus oculis ſitientibus haurit,
Atque auida bibit aure ſonos, illi obuius heros
Lumine conſpicuus, nitidoque decorus amictu
Aduenit, atque notis, quas mira ſecuta voluptas,
Alloquitur iuuenem; num me, LEOPOLDE, *recuſas*
Noſſe, nec affaris? genitorque à pectore nati
FERDINANDVS *ego pulſus? nec ſpectra verere,*
Fallacesque dolos, mentitaque verba parentem,
Qualia de ſtygio tibi perfidus obtulit orbe
Incola, & aſſumpto ſobolem genitore fefellit.
Fraudibus haud aptus locus hic; mendacia Cælum
Odit, & eſſe nequit ſublimi regia fallax.

Quæ

Quæ noua, tunc Cæſar, ſpecies imitata micantem
Lampada, & igniferos radioſi Hyperionis orbes
Notitiam menti veterem furatur, & abdit
Te mihi? mortales vincunt tam grandia viſus
Lumina, nec ferimus, genitor, qua luce coruſcas.
Tunc pietas ſuadet caro dare bracchia collo,
Amplectique patrem, blandiſque ambire lacertis.
Contactum euitat, cupidoque imperuia voto
More leuis nebulæ, volucrique ſimillima fumo
Labitur, & nati conatum eludit imago.
Non mihi, ſubridens genitor, ſunt qualia, dixit,
Membra putas, noſtramq; grauat non ſarcina mentẽ.
Forma ego ſum ſimplex, & tegmine ſpiritus expers,
Aſtrorum æternus, ſummique habitator olympi.
Numinis hoc templum, magnis hæ regibus ædes,
Cæſaribusque vacant; olim impetraueris illas
Tu quoque, & immenſum mecum tranſegeris æuum.
Quando, ait, hæc natus, fient? mortalia tandem
Vincula ſoluantur, ſi tam felicibus obſtant
Sedibus, & lætis prohibent ſuccedere tectis.
Te manet hæc ſedes, tempeque beata tenebis,
FERDINANDVS *ait, ſed multa laboribus ætas*
Inſumenda prius; multo ſudore madebis
Sceptra tenens, & bella gerens, Cæloque rebelles,
Impiaque in ſuperos moturas prælia gentes,

 Sub

Sub iuga demittes, domitoque ex hoſte redibis
Victor, & innumeris late cumulabere palmis.
Quoque tuum magis inflamment cæleſtia pectus,
Votaque concipiant vires, quibus aſtra petuntur,
Erige proſpectum, radijsque perennibus auctas
Contemplare plagas, oculisque has ebibe flammas,
Quas rotat aßiduo mens incorrupta meatu.
Paſce auidas miris ſirenum cantibus aures,
Sydereæque melos chelis excipe. fabula quidquid
Tradidit Iſmarijs fidibus, numerisque canoris,
Amphion Thebane, tuis, qui diceris ipſos
Illexiſſe ſono lapides, lenitaque cantu
Saxa draconigenis iußiſſe accedere muris,
Eſt fragor incomptus; tormentumque auribus ingens,
Veſcere dum cantu, quem muſica ſydera promunt.
Flecte ait, (& terram digito docet indice) vultum,
Quæque imus capit ille globus lento inſpice viſu.
Proh quam degeneres illic in prælia cauſæ
Humanas acuunt mentes, quam vilia virtus
Præmia veſtra capit, ſi ſunt mortalia merces
Munera, & humanus tribuit compendia cenſus.
Circulus exiguus, deſertaque nuda coercent
Faſtum animi immodicum; toto velut inſula ponto
Clauditur; Oceanum quem dicitis, immenſumque,
Vocibus his æquale nihil; nil denique ma[illegible]

Obtinet; eſt contracta palus, ſtagnumque puſillum.
Dixerat hæc genitor, flectit tunc lumina natus
Nolenti ſimilis, & riſit vbi omnia punctum
Eſſe mare, & terras, fontes, ac flumina vidit.
Et ſtupuit fumo, atque vmbra vecordia paſci
Vota hominum, ſeruum ſibi ſceptrum quærere, mutæ
Addici famæ; ſuperum nec quærere mundum,
Ad ſua qui ſemper noſtram euocat atria mentem.
Quandoquidem, excepit, terreno exire negatur
Carcere; nec tecum fas eſt habitare beatum
Æthera, pande, precor, terrena per auia callem,
Quæque per errores hominum me ſemita tutum
Ducat, & à nulla fallendum ambage viarum,
Care doce genitor, dilata vt ſydera vitæ
Exitus obtineat, ſuperaque in ſede quieſcam.
Quod premis, hoc verax iter eſt, hoc tramite curſum
Perfice, ait genitor, ſic æthera certus habebis.
Quoque minus dubites, quæ ſint ventura docebo,
Me ſequere. occulti natum inconclauia Cæli
Deuehit; hic moles opus admirabile ſurgit,
Quam manibus ſtruxiſſe ſuis diuina Pronæa
Creditur, & miris p[illegible] variaſſe figuris
Nõ ferrũ, aut calyb[illegible] n-ve thoreu[illegible]
Hæc [illegible]ſſe put[illegible] criſtallina [illegible]
P[illegible]l[illegible] corrumper[illegible]

c[illegible]

Nec longum abſumat ventura in ſæcula tempus.
Auſtriadum hic miro ſeries emblemate regum,
Cæſareæque domus illuſtria facta leguntur,
Nec magis exculto doceare impreſſa libello.
Hic RIDOLPHVS *erat Aſpurgi ex principe Cæſar,*
Primus in Auſtriacam qui ſceptra potentia gentem
Tranſtulit, in magnum miſſus, lateque verendum
Imperium, triplicique caput Diademate cinxit.
Relligio hoc illi decus immortale popoſcit;
Quandoquidem niuea Chriſtum ſub fruge latentem
Pronus adorauit deſerta per auia vectum
Pauperis ad ſedes, quem fata ſuprema manerent,
Quadrupedique ſuo iuſſit conſidere myſtam
Numinis æterni vectorem, & vertice nudo,
Ac pedes eſt equitem paruam comitatus ad ædem.
Hic SIGISMVNDVM *ſpectat, quo clarior alter*
Gentile imperium, nec Cæſaris auxit honores.
Deinde per innumeros currens longo ordine reges
Ad propiora oculos atauorum ſtemmata ducit,
Tuque capis iuuenem cunctorum maxime regum
CAROLE, *inacceſſos cui virtus tradidit orbes,*
Et terras alio nitidas à Sole regendas,
Ignotos priſcis populos dedit. Vltima Thule
Credita terrarum, limesque nouiſſimus orbis
Nunc media eſt, minimumque loci ſe ſentit obiſſe;

Ter-

Terrarumque breues tractus, cui meta locatur
Inſula Romanis olim non peruia ſignis.
En Abylam nauta, Calpenque irridet Iberus,
Qui comes occiduas ſolis fugientis ad oras
Æquora puppe ſecat ſine littore credita quondam,
Et tibi in Americis auri pretioſa fodinis
Pondera, & ingentes venatur, CAROLE, *gazas.*
Hic minor imperio, ſed non virtute ſecundus
FERDINANDVS *auus rutilat, cui pectora cultus,*
Chriſte, tuus, ſtudio vinxit, labefactaque nullo
Tempore relligio ſacris ardoribus vſſit.
Dulce erat antiquas viſu libare figuras,
Gentileſque patrum ſpecies; huc conijce viſum,
FERDINANDVS *ait, venturaque perſpice fata,*
Nate, tuamque oculis ſortem meditare futuram.
Hic acies armis opifex diuina coruſcas
Finxerat, hic vrbes, atque oppida diruta bello:
Quadrupedes hinnire putes, viuentia tantum
Vocibus ora carent, quarum non indiga dices,
Si credas oculis; nec conſcia iudicet auris;
Naiaſel occurrit vexata furentibus armis,
Obſidioque gemens; nimirum prima furoris
Victima Threicij, pretiumque ignobile fraudis.
Vulnerat hæc ſpecies LEOPOLDVM, *& lãguida triſtis*
Lumina fletus habet, cum mœnia peruia telis,

Igniferiſque globis, quos Cacus aheneus edit,
Quaſſa videt, cædeſque virum, gemitusq. cadentum,
Et patulam tandem ſignis furialibus vrbem
Venturi præſaga docent ſimulacra; quid, inquit,
Hoc tam grande malum meruit pietatis alumna,
Relligione potens, nec cultum oblita ſupremi
Numinis vrbs, ſemper ſtygium aſpernata furorem?
Pannoniam ſpondent læta hæc exordia totam.
Thracibus, & nullo frænatus ab aggere ſerpet,
Ac noſtrum late imperium populabitur ignis.
Solue metus animo, nimio nec tangere luctu,
Excipit hic genitor, leuis hæc iactura ferenda,
Nate tibi, regniſque tuis. Non pauca licere
Vult Deus omnipotens ſceleri, ſcelerumque magiſtris,
Quo magis emineat probitas, pietaſque ſuorum.
Vt capit interdum vicino à frigore vires,
Augeturque calor putealibus inſitus vndis,
Dum fera ſæuit hyems, riguitq. interfluus aer,
Qui perit affini dum terra incanduit æſtu;
Sic mala virtuti ſcelerum contagia proſunt,
Et pietas creſcit, quam culpa inimica laceſſit.
Ni fuerant triſti gaudentes cæde tyranni,
Scandiſſet nullus Cæli capitolia martyr.
Sic Nero victrici ditauit ſydera Lauro,
Heroaſque dedit tot Domitianus Olympo,

Cæde quot innumera ſtrauit probitatis alumnos.
Soſpes in aduerſis cadit inter proſpera virtus.
Chriſtiadum probitatem acuit vice cotis, & auget
Bizantina lues, Othomanæ perfidus aulæ
Arbiter, infenſus ſuperis, ſtygijque baratri
Perpetuus miles, mundique ad publica natus
Exitia, indocilis nullique ignoſcere genti.
Non impune tamen non debita ſumpſerit arma
Barbarus, & pacis violarit fœdera prædo.
Aſpice qui modicas deducit ad æquora lymphas,
Pannonios fluuius radens ignobilis agros;
Nobile nomen erit, famaque ſuperſtite cædes
Monſtrabit Scythicas, ſcelerataque funera Thracum.
Arrabo iam nomen, nullique incognitus æuo
Defluet hiſtoria celebris, cantuque perenni
Gentis Apollineæ, cui doctas educat vndas
Bellerophonteo reſeratus ab alite gurges.
Hunc canet Auſonio diuinus carmine vates
Heroum ſoboles, & auorum maximus Heros
DELPHINVS, *cui viſa ſuam Phœbea dediſſe*
Barbiton Euterpe, tragicum indulſiſſe cothurnum
Melpomene, & clara medulandi laude Camœnæ
Conceſſiſſe omnes. Huic doctis cantibus impar
Armenias Tigres, iracundosque Leones
Thracius emulſit, fluuiosque coercuit Orpheus,

Traxit & auritas ad plectra ſonantia ſyluas.
Et minor iratum ſibi ſubdidit æquor Arion
Ionias pando vectus DELPHINE *per vndas,*
Dum fugeret puppim, quæ fata inimica parabat.
Concinet exhauſtos gladijs vltoribus hoſtes,
Inuictumque ducem, noſtris qui præſidet armis,
Turcarum exitium, Bizantinique furoris
Supplicium, ac frenũ RAIMVNDVM *ad ſidera tollet;*
Cui ſua Biſtoniæ debebunt damna cohortes,
Præcipuasque neces, conſumptaque corpora ferro,
Et data flumineis inhumata cadauera lymphis.
Nec magis extincti commendauere Quirites.
Cæruleum Trebiam, te ſiue, Metaure, peremptus
Aſdrubal, & latia conſumptæ cæde cohortes,
Quam Bizantina celebrabitur Arrabo cæde.
Decolor ibit aquis, & miles ſaucius æſtu,
Immodicaque ſiti fauces quatiente cruorem,
Non gelidos latices, & amicas ebibet vndas.
Segniter incedet, cumulata cadauera ſegnes
Iniectura moras, & tardatura ruentem.
Diſcet Erythræas Pharao Bizantius vndas
Eſſe ſibi, qua ſceptra gerit iuſtiſſima Cæſar;
Sentiet & noſtras ſua fulmina ferre volucres,
Et tandem vltorem ſcelerum, rapidique furoris
Nouerit eſſe Deum, qui ſcandere culmina ſontes,

At-

Attollique ſinat; quo caſus denique maior
Excipiat lapſos, grauioraque damna ferentes.
Fædera qui ſpreuit, quique eſſe popoſcerit hoſtis,
Pacem vltro optabit crudelia bella peroſus,
Et male quæ ſumpſit, furijſque auctoribus arma
Ipſe volens ponet, corruptaque rurſus amabit
Ocia, nec triſtis repetet diſcrimina pugnæ.
Nec tamen oblatam, nate, aſpernabere pacem,
Quem iuuat vltorem differre in poſtera martem
Tempora, & optatis ceſſare parumper ab armis.
Coniugio firmanda domus, tædaque iugali
Sufficienda tibi ſobolès, quà noſtra perennent
Nomina, & Auſtriaca veniant ab origine reges,
Dum regnum, dumque Orbis erit, dum terra coletur
Interea in vitreis ſpecies animata tabellis
Cæſaris aduertit mentem, nec verba parentis.
Exaudire ſinunt tantæ miracula formæ.
Virginis hic vultus qualem nec Homerica finxit
Calliope Lædæ ſobolem, quam paſtor amauit
Dardanus, & mille Graium petiere carinæ;
Nec Venerem Cous mira arte imitatus Apelles,
Cui dedit exemplar per multas ſparſa puellas
Vnius in ſpeciem ſpecies adducta figuræ.
Eximia impubis componunt corporis artus
Membra, nec his quidquam natura inuexit ineptum,

Nil

Digitized by Google

Inde hominum in caſtas erumpunt ſomnia mentes,
Quæque Deus ſuperos explanatura receſſus,
Conſilijque ſui terris prænuncia mittit.
Hac graditur ſomnus, volucrique per aera penna
Cæſaris ad ſedes vehitur; non pulchrior vnquam,
Nec iucunda magis ſpecies mortalia pauit
Lumina, nec menti tam dulcia gaudia duxit.
Hæc veluti in ſpeculo quidquid cæleſtia condunt
Atria ſpectandum LEOPOLDO *cominus offert.*
Scilicet hic viſus ſpatioſum intraſſe theatrum
Lumine inextincto, flammaque perenne coruſcum;
Nec tamen ignis obeſt, nec noxia flamma, ſed auget
Lætitiam, ſummaque oculos dulcedine paſcit.
Dum ſpatia, & motus oculis ſitientibus haurit,
Atque auida bibit aure ſonos, illi obuius heros
Lumine conſpicuus, nitidoque decorus amictu
Aduenit, atque notis, quas mira ſecuta voluptas,
Alloquitur iuuenem; num me, LEOPOLDE, *recuſas*
Noſſe, nec affaris? genitorque à pectore nati
FERDINANDVS *ego pulſus? nec ſpectra verere,*
Fallaceſque dolos, mentitaque verba parentem,
Qualia de ſtygio tibi perfidus obtulit orbe
Incola, & aſſumpto ſobolem genitore fefellit.
Fraudibus haud aptus locus hic; mendacia Cælum
Odit, & eſſe nequit ſublimi regia fallax.

Quæ

Quæ noua, tunc Cæſar, ſpecies imitata micantem
Lampada, & igniferos radioſi Hyperionis orbes
Notitiam menti veterem furatur, & abdit
Te mihi? mortales vincunt tam grandia viſus
Lumina, nec ferimus, genitor, qua luce coruſcas.
Tunc pietas ſuadet caro dare bracchia collo,
Amplectique patrem, blandisque ambire lacertis.
Contactum euitat, cupidoque imperuia voto
More leuis nebulæ, volucrique ſimillima fumo
Labitur, & nati conatum eludit imago.
Non mihi, ſubridens genitor, ſunt qualia, dixit,
Membra putas, noſtramq; grauat non ſarcina mentē.
Forma ego ſum ſimplex, & tegmine ſpiritus expers,
Aſtrorum æternus, ſummique habitator olympi.
Numinis hoc templum, magnis hæ regibus ædes,
Cæſaribusque vacant; olim impetraueris illas
Tu quoque, & immenſum mecum tranſegeris æuum.
Quando, ait, hæc natus, fient? mortalia tandem
Vincula ſoluantur, ſi tam felicibus obſtant
Sedibus, & lætis prohibent ſuccedere tectis.
Te manet hæc ſedes, tempeque beata tenebis,
FERDINANDVS *ait, ſed multa laboribus ætas*
Inſumenda prius; multo ſudore madebis
Sceptra tenens, & bella gerens, Cæloque rebelles,
Impiaque in ſuperos moturas prælia gentes,

Sub iuga demittes, domitoque ex hoſte redibis
Victor, & innumeris late cumulabere palmis.
Quoque tuum magis inflamment cæleſtia pectus,
Votaque concipiant vires, quibus aſtra petuntur,
Erige proſpectum, radijsque perennibus auctas
Contemplare plagas, oculisque has ebibe flammas,
Quas rotat aßiduo mens incorrupta meatu.
Paſce auidas miris ſirenum cantibus aures,
Sydereæque melos chelis excipe. fabula quidquid
Tradidit Iſmarijs fidibus, numerisque canoris,
Amphion Thebane, tuis, qui diceris ipſos
Illexiſſe ſono lapides, lenitaque cantu
Saxa draconigenis iuſsiſſe accedere muris,
Eſt fragor incomptus, tormentumque auribus ingens,
Veſcere dum cantu, quem muſica ſydera promunt.
Flecte ait, (& terram digito docet indice) vultum,
Quæque imus capit ille globus lento inſpice viſu.
Proh quam degeneres illic in prælia cauſæ
Humanas acuunt mentes, quam vilia virtus
Præmia veſtra capit, ſi ſunt mortalia merces
Munera, & humanus tribuit compendia cenſus.
Circulus exiguus, deſertaque nuda coercent
Faſtum animi immodicum; toto velut inſula ponto
Clauditur; Oceanum quem dicitis, immenſumque,
Vocibus his æquale nihil; nil denique magnum

Obtinet; eſt contracta palus, ſtagnumque puſillum.
Dixerat hæc genitor, flectit tunc lumina natus
Nolenti ſimilis, & riſit vbi omnia punctum
Eſſe mare, & terras, fontes, ac flumina vidit.
Et ſtupuit fumo, atque vmbra vecordia paſci
Vota hominum, ſeruum ſibi ſceptrum quærere, mutæ
Addici famæ; ſuperum nec quærere mundum,
Ad ſua qui ſemper noſtram euocat atria mentem.
Quandoquidem, excepit, terreno exire negatur
Carcere; nec tecum fas eſt habitare beatum
Æthera, pande, precor, terrena per auia callem,
Quæque per errores hominum me ſemita tutum
Ducat, & à nulla fallendum ambage viarum,
Care doce genitor, dilata vt ſydera vitæ
Exitus obtineat, ſuperaque in ſede quieſcam.
Quod premis, hoc verax iter eſt, hoc tramite curſum
Perfice, ait genitor, ſic æthera certus habebis.
Quoque minus dubites, quæ ſint ventura docebo,
Me ſequere. occulti natum in conclauia Cæli
Deuehit; hic moles opus admirabile ſurgit,
Quam manibus ſtruxiſſe ſuis diuina Pronæa
Creditur, & miris paſsim variaſſe figuris.
Nõ ferrũ, aut calybes, parium-ve thoreumata marmor
Hæc poſuiſſe putes, ea ſunt criſtallina viſu
Peruia, ſed nullæ valeant corrumpere vires,

Nec longum abſumat ventura in ſæcula tempus.
Auſtriadum hic miro ſeries emblemate regum,
Cæſareæque domus illuſtria facta leguntur,
Nec magis excultо doceare impreſſa libello.
Hic RIDOLPHVS *erat Aſpurgi ex principe Cæſar,*
Primus in Auſtriacam qui ſceptra potentia gentem
Tranſtulit, in magnum miſſus, lateque verendum
Imperium, triplicique caput Diademate cinxit.
Relligio hoc illi decus immortale popoſcit;
Quandoquidem niuea Chriſtum ſub fruge latentem
Pronus adorauit deſerta per auia vectum
Pauperis ad ſedes, quem fata ſuprema manerent,
Quadrupedique ſuo iuſſit conſidere myſtam
Numinis æterni vectorem, & vertice nudo,
Ac pedes eſt equitem paruam comitatus ad ædem.
Hic SIGISMVNDVM *ſpectat, quo clarior alter*
Gentile imperium, nec Cæſaris auxit honores.
Deinde per innumeros currens longo ordine reges
Ad propiora oculos atauorum ſtemmata ducit,
Tuque capis iuuenem cunctorum maxime regum
CAROLE, *inacceſſos cui virtus tradidit orbes,*
Et terras alio nitidas à Sole regendas,
Ignotos priſcis populos dedit. Vltima Thule
Credita terrarum, limesque nouiſſimus orbis
Nunc media eſt, minimumque loci ſe ſentit obiſſe;

Ter-

Digitized by Google

Terrarumque breues tractus, cui meta locatur
Inſula Romanis olim non peruia ſignis.
En Abylam nauta, Calpenque irridet Iberus,
Qui comes occiduas ſolis fugientis ad oras
Æquora puppe ſecat ſine littore credita quondam,
Et tibi in Americis auri pretioſa fodinis
Pondera, & ingentes venatur, CAROLE, *gazas.*
Hic minor imperio, ſed non virtute ſecundus
FERDINANDVS *auus rutilat, cui pectora cultus,*
Chriſte, tuus, ſtudio vinxit, labefactaque nullo
Tempore relligio ſacris ardoribus vſſit.
Dulce erat antiquas viſu libare figuras,
Gentileſque patrum ſpecies; huc conijce viſum,
FERDINANDVS *ait, venturaque perſpice fata,*
Nate, tuamque oculis ſortem meditare futuram.
Hic acies armis opifex diuina coruſcas
Finxerat, hic vrbes, atque oppida diruta bello:
Quadrupedes hinnire putes, viuentia tantum
Vocibus ora carent, quarum non indiga dices,
Si credas oculis; nec conſcia iudicet auris;
Naiaſel occurrit vexata furentibus armis,
Obſidioque gemens; nimirum prima furoris
Victima Threicij, pretiumque ignobile fraudis.
Vulnerat hæc ſpecies LEOPOLDVM, *& lãguida triſtis*
Lumina fletus habet, cum mœnia peruia telis,

Igniferiſque globis, quos Cacus aheneus edit,
Quaſſa videt, cædesque virum, gemitusq. cadentum,
Et patulam tandem ſignis furialibus vrbem
Venturi præſaga docent ſimulacra; quid, inquit,
Hoc tam grande malum meruit pietatis alumna,
Relligione potens, nec cultum oblita ſupremi
Numinis vrbs, ſemper ſtygium aſpernata furorem?
Pannoniam ſpondent læta hæc exordia totam.
Thracibus, & nullo frænatus ab aggere ſerpet,
Ac noſtrum late imperium populabitur ignis.
Solue metus animo, nimio nec tangere luctu,
Excipit hic genitor, leuis hæc iactura ferenda,
Nate tibi, regniſque tuis. Non pauca licere
Vult Deus omnipotens ſceleri, ſcelerumque magiſtris,
Quo magis emineat probitas, pietasque ſuorum.
Vt capit interdum vicino à frigore vires,
Augeturque calor putealibus inſitus vndis,
Dum fera ſæuit hyems, riguitq. interfluus aer,
Qui perit affini dum terra incanduit æſtu;
Sic mala virtuti ſcelerum contagia proſunt,
Et pietas creſcit, quam culpa inimica laceſſit.
Ni fuerant triſti gaudentes cæde tyranni,
Scandiſſet nullus Cæli capitolia martyr.
Sic Nero victrici ditauit ſydera Lauro,
Heroasque dedit tot Domitianus Olympo,

Cæ-

Cæde quot innumera ſtrauit probitatis alumnos.
Soſpes in aduerſis cadit inter proſpera virtus.
Chriſtiadum probitatem acuit vice cotis, & auget
Bizantina lues, Othomanæ perſidus aulæ
Arbiter, infenſus ſuperis, ſtygijque baratri
Perpetuus miles, mundique ad publica natus
Exitia, indocilis nullique ignoſcere genti.
Non impune tamen non debita ſumpſerit arma
Barbarus, & pacis violarit fœdera prædo.
Aſpice qui modicas deducit ad æquora lymphas,
Pannonios fluuius radens ignobilis agros;
Nobile nomen erit, famaque ſuperſtite cædes
Monſtrabit Scythicas, ſcelerataque funera Thracum.
Arrabo iam nomen, nullique incognitus æuo
Defluet hiſtoria celebris, cantuque perenni
Gentis Apollineæ, cui doctas educat vndas
Bellerophonteo reſeratus ab alite gurges.
Hunc canet Auſonio diuinus carmine vates
Heroum ſoboles, & auorum maximus Heros
DELPHINVS, *cui viſa ſuam Phœbea dediſſe*
Barbiton Euterpe, tragicum indulſiſſe cothurnum
Melpomene, & clara medulandi laude Camænæ
Conceſſiſſe omnes. Huic doctis cantibus impar
Armenias Tigres, iracundosque Leones
Thracius emulſit, fluuiosque coercuit Orpheus,

Digitized by Google

Traxit & auritas ad plectra ſonantia ſyluas.
Et minor iratum ſibi ſubdidit æquor Arion
Ionias pando vectus DELPHINE *per vndas,*
Dum fugeret puppim, quæ fata inimica parabat.
Concinet exhauſtos gladijs vltoribus hoſtes,
Inuictumque ducem, noſtris qui præſidet armis,
Turcarum exitium, Bizantinique furoris
Supplicium, ac frenũ RAIMVNDVM *ad ſidera tollet;*
Cui ſua Biſtoniæ debebunt damna cohortes,
Præcipuasque neces, conſumptaque corpora ferro,
Et data flumineis inhumata cadauera lymphis.
Nec magis extincti commendauere Quirites
Cæruleum Trebiam, te ſiue, Metaure, peremptus
Aſdrubal, & latia conſumptæ cæde cohortes,
Quam Bizantina celebrabitur Arrabo cæde.
Decolor ibit aquis, & miles ſaucius æſtu,
Immodicaque ſiti fauces quatiente cruorem,
Non gelidos latices, & amicas ebibet vndas.
Segniter incedet, cumulata cadauera ſegnes
Iniectura moras, & tardatura ruentem.
Diſcet Erythræas Pharao Bizantius vndas
Eſſe ſibi, qua ſceptra gerit iuſtiſſima Cæſar;
Sentiet & noſtras ſua fulmina ferre volucres,
Et tandem vltorem ſcelerum, rapidique furoris
Nouerit eſſe Deum, qui ſcandere culmina ſontes,

Attollique ſinat; quo caſus denique maior
Excipiat lapſos, grauioraque damna ferentes.
Fœdera qui ſpreuit, quique eſſe popoſcerit hoſtis,
Pacem vltro optabit crudelia bella peroſus,
Et male quæ ſumpſit, furijſque auctoribus arma
Ipſe volens ponet, corruptaque rurſus amabit
Ocia, nec triſtis repetet diſcrimina pugnæ.
Nec tamen oblatam, nate, aſpernabere pacem,
Quem iuuat vltorem differre in poſtera martem
Tempora, & optatis ceſſare parumper ab armis.
Coniugio firmanda domus, tædaque iugali
Sufficienda tibi ſobolès, qua noſtra perennent
Nomina, & Auſtriaca veniant ab origine reges,
Dum regnum, dumque Orbis erit, dum terra coletur
Interea in vitreis ſpecies animata tabellis
Cæſaris aduertit mentem, nec verba parentis.
Exaudire ſinunt tantæ miracula formæ.
Virginis hic vultus qualem nec Homerica finxit
Calliope Lædæ ſobolem, quam paſtor amauit
Dardanus, & mille Graium petiere carinæ;
Nec Venerem Cous mira arte imitatus Apelles;
Cui dedit exemplar per multas ſparſa puellas
Vnius in ſpeciem ſpecies adducta figuræ.
Eximia impubis componunt corporis artus
Membra, nec his quidquam natura inuexit ineptum,

Nil

Nil niſi concinnum, textuque decente beatum.
Eſt niue candidior facies, nitidoque colore
Ipſam etiam vincit ſuperum per compita Phœben
Orbe pererrantem pleno, tenebraſque fugantem,
Quas iacit vmbra ſoli, cum deſerit æthera frater.
Æmula labra roſis, conueſtit purpura malas,
Ex ebore albeſcunt dentes; duo lumina ſoles
Eſſe putes geminos, tam clara luce coruſcant.
Decolor eſt aurum, nec lumine prouocat vllo
Lumina, ſi crines per candida colla fluentes
Aſpicis; hos auræ criſpant, quas credis amantes
Egregij capitis complexu ambire perenni.
Hac magis auguſtum nihil eſt, ac virgine maius.
Hæret in obtutu LEOPOLDVS *imaginis, ac ſi*
Gorgona ſpectaret, vel cuncti fulmina ſenſus
Cominus illapſa efficerent, ac mentis egentem.
Vt ſtupor abſoluit pectus, reſolutaque linguæ
Vincula, cui vultus voces mirandus ademit;
Dic age, quam monſtrant, inquit, ſpecioſa puellam
Signa, Pater? nec mortalis puto virginis eſſe
Tam clarum, mirumque decus; nihil infimus illi
Par habuit mundus; cæleſtis alumna penatis
Forte erit, & vultus opibus radiantis olympi
Auget opes, Cælumque facit locupletius ipſum.
Illi ſubridens genitor de ſanguine, dixit,
Fæmi-

Fæmina, quam cernis, noſtro eſt, authorque futura
Stipitis æterni, qui nullo intercidat æuo,
Sæcula venturis & cuncta nepotibus æquet.
Effigiem ſpectas, animum nequiere colores
Luminibus præbere tuis, iacet abdita morum
Gloria, & arcanos condunt penetralia ſenſus.
Nobiliora latent. diffuſa per omnia virtus
Pectora in vnius facto velut agmine pectus
Virginis incubuit: quidquid laudabile iactat,
Quidquid honoratum noſtra hæc in tempora nomen
Fæmineum, cætu Virgo complectitur omni.
Hactenus ignotæ decus immortale puellæ
Nate tibi eloquimur? duplex ea littera ſigno
Subdita cæleſtis digito formata Proneæ
Quod cupis oſtendit (fuit. M. cui iungitur Alfa)
Margara nomen habet, celebris cognomina fecit
Auſtria; iam thalamis hæc pridem debita Virgo
Eſt, LEOPOLDE, *tuis; connubia talia noſtrum*
Firmatura genus, claroſque datura nepotes,
Vnde ferox pereas, Othomane, auulſaque tandem
A fundamentis domus impia quidquid auitis
Cæſaribus dempſit, malepartaque ſceptra relinquet.
Biſtone deiecto redeunti obnoxia ſoli
Portio terrarum cultus exoſa nefandos,
Nec dignata ſequi Stygij mandata tyranni.

Chri-

Chriſtiadum leges, diuinaque iuſſa capeſſet.
Proh felix ætas, felicia tempora! Cælo
Seruiet omnis humus, patriumq. ſubibit auernum
Dira ſuperſtitio, cæcisque recondita luſtris
In ſuperos bellum nullum, nulla arma mouebit.
Debita Cæſareæ tanta eſt hæc gloria genti;
Vt Bizantinas rapiat prædonibus arces,
Et terræ inuiſam, Cæloque à ſtirpe reuellat
Progeniem, quam terra pauet, quam cuncta verentur
Æquora; tam late ſceptrum exerit illa cruentum.
At tu natali properantem à littore ſponſam
Nate alacer capies; triſtes hæc fœdera curas
Pectore propulſant omnes, Hiſpania luctus
Abijcit, erepti quem fata dedere PHILIPPI.
Ante tuos quam nata thoros conſcendat, in aſtra
Iam ſocer adueniet, ſuperique futurus olympi
Incola præcedet generi, nateque Hymeneis
Lugubribus facibus, properataque gaudia luctu
Imbuet, & magnos reſonabit Iberia fletus.
At vos æquoreæ venienti aſſurgite lymphæ,
Vos heroinæ placidi freta ſternite venti;
Nimbiferos Auſtros, triſteſque Aquilonis hiatus
Æolus obſtringat, lybicasque coerceat iras;
Indomitos frænet ſiculis in rupibus Euros.
Sola per Apricos ſpirabilis aura Fauoni

The.

Thetidis exultet campos, pronoque feratur
Gurgite, quæ Ligurum pretioſum ad littora pondus
Claſsis agit; non imbre ſolum diuerberet aer,
Nec ferat immodicos ſoboles Hyperionis æſtus,
Ceperit optatam donec Germania nuptam,
Et fuerit felix poſſeſſa Coniuge Cæſar.
Hæc FERDINANDVS, *ſubitoque euanuit inſtar,*
Quem notus exagitet, fugientis in æthera fumi,
Siue leuis nebulæ Phœbo rutilante fugatæ.
Somnus abit, reſerans oculos LEOPOLDVS, *ab vndis*
Eduxiſſe ſuos ſentit Titana iugales,
Et totum ætherio veſtiri lumine Mundum.

Plau-

Plauſus ob Victoriam Pannoniæ aduerſus Turcas.

Vicimus, & votis aures peperere benignas,
Nec deſpexerunt ſydera celſa preces.
Impune haud ſemper ſperni ſua numina Cælũ,
Et ſacra nequitiæ iura patere ſinit.
Ignibus abſumpti ſuperis cecidere gigantes,
Et premit Enceladum rupibus Ætna ſuis.
Æthera cum terris Phaeton incendit, & vndis,
Eridani huic rapidæ buſta fuiſtis aquæ.
Fata premunt ſontes: exemplo territus horum
Debueras Biſton impius eſſe minus.
Te nihil in terris ſceleratius, omnia vincis
Crimina, flagitijs meta nec vlla tuis.
Non ita maturas ignis populatur ariſtas,
Et ſua frugiferis munera demit agris.
Vt tuus excindit noſtras furor impius oras,
Et populos, ſuperis qui placuere, premit.
Mitior arua vorat, fruticesq. abſumit, & herbas,
Lætaq. pampineas per iuga ſternit opes,
Cum ruit è Cælo durum concretus in imbrem,
Grandineoque ferit verbere nimbus humum;

Quam

Quam ferus Odryſijs erumpens miles ab oris
Eumenidum triſti ſigna canente choro,
Vrbibus exitium meditatur, & oppida flammis
Cumque ſuo populo ruſtica tecta vorat.
Pannonios fines, inuictaq. regna Liburni
Promiſere tuo Thracia caſtra iugo.
Hæc tibi Theutonicas, & Magni Cæſaris vrbes
Pacta, quibusque micat Parrhaſis Vrſa plagas.
Non ſpes illa fuit, fiducia pectus alebat,
Qualis ab incertis rebus abeſſe ſolet.
Securum euentus veſana ſuperbia fecit;
Illa animo dubium iuſſit abeſſe metum.
Abſtulit & curas; hoſtes cecidiſſe putabas,
Subque tua Cæſar creditus eſſe manu.
Interea Veneris furialia caſtra ſecutus,
In bello hoc miles fortis, & acer eras.
Virgineum rapuiſſe decus, violaſſe pudoris
Lilia, laudatas contemeraſſe niues;
Hic honor, hæc celebri victoria digna triumpho,
Hinc habuere tuum laurea ſerta caput.
Maior Alexandro viſus tibi, Cæſare maior,
Et tamen infamis Sardanapalus eras.
Sed Bizantinæ ſucceſſit nuncius vrbi,
Credo equidem è caſtris mittitur ille tuis.
Scilicet hic victos hilaris tibi nunciet hoſtes,

Fra

Fractaque Biſtonia Cæſaris arma manu.
Nunciet accepiſſe tuas late oppida leges,
Chriſtiadûmque ſacras procubuiſſe domos.
Eiectum ex aris Chriſtum Mehemete recepto,
Pro Cruce lunigeris templa patere notis.
Sic tibi blandiris, lætis ſucceſſibus auctus
Poſt hac nil durum, quod verearis, habes.
At ſuperum mores, nec Cæli intelligis artes,
Omnia vt ignores ars tibi nempe prior.
Auctores ſcelerum patiuntur in aera tolli,
Et veluti alarum remige ad aſtra vehi,
Quo tandem in terras lapſu grauiore recedant,
Exceptosque ſolo debita fata premant.
Sic viget, & patulis obuelat frondibus auras
Ingentesque vmbras arbor opaca iacit.
Hanc adit, & validam dextra iacente bipennem
Ruſticus ingenti pondere ſternit humi.
Pabula ſunt ignis, ramique, & robora trunci,
Atque auidæ totam corripuere faces.
Te quoque, qui ſummo tibi crederis æquus Olympo,
Ætherias viſus prateriiſſe plagas,
Excipient caſus, præcepsque elapſus in imum
Ignibus æternis eſca perennis eris.
En turmæ periere tuæ, periere phalanges,
Deletas acies nuncius iſte refert.

Vidi-

Vidimus. Irrubuit cum linqueret æquora Titan,
Heſperia mergi cum properaret aqua.
Lunaque fraterni vultus imitata ruborem
Decolor infeſta polluit ora face.
Nimirum iratum formidabamus Olympum,
Ne foret exitij præſcius ille color.
Biſtonidum clades, & triſtia fata docebat,
Monſtrabatque tuas, Thrax ſcelerate, neces.
Infremis; accenſam rapit indignatio mentem,
Irarumque ingens pectora fluctus habet.
Vix ita terribiles animam conſueuit in iras
Pandere Caucaſei Tigris alumna laris,
Cum præda locuples natis alimenta reducit,
Quos venatoris dextera ſurripuit.
Ocyus illa legens veſtigia fulminis inſtar,
Et citior vento littora nota petit.
At tutus pelagi raptor ſe credidit vndis,
Et vehitur celeri per vada ſalſa rate.
Quadrupedem laniat, quem littore raptor in ipſo,
Quo citius peteret cærula, deſeruit.
Nec ſatis; iratos ſibi ſæua exaſperat vngues,
Et ſua crudeli viſcera dente premit.
Nec tibi tu parcis baccante in corda furore
Veſano infames demetis vnguegenas.
Sceptra ſolo affligis, capiti diadema reuellis,

 Nec

Nec modus eſt iræ, meta nec vlla tuæ;
Credo equidem ſuperis iraſceris, impia promis
Iurgia, & aſtra tuis iam patuere minis.
Nec minus inſanis, quam Perſa inſanijt olim,
Verbera qui ventis, vincla parauit aquis.
Hoſtes diſce tuos. LEOPOLDVM *in bella laceſſis,*
Cui pietas regnum, relligioque dedit.
Qui regnum hoc vnum, & dominandi comperit artem,
Si modo ſe famulum præbeat ipſe Deo.
Si ſibi det leges, ſibi præſit, & improba frænet
Vota, nec in vitij probra, nefasque cadat.
Huic coniurati veniunt ad claſſica venti,
Fluminea, & magni militat vnda maris.
Hauſit Danubius tua caſtra, hauſere phalanges,
Pannonij fines queis dirimuntur, aquæ.
Et quæ Theutonicos turmæ euaſere mucrones,
Diſiectæ in rapidis interiere vadis.
Qui te cognatum Cælo, ſuperisque putabas,
Et tibi creditus es proximus eſſe Deo.
Te te dedoceas, ſuperis inuiſus & aſtris,
Impia in æternum prouehis arma ducem.

Om-

Omnia elementa in Turcas pugnant.

OMnia Biſtonias odere Elementa cohortes,
Ignis, aqua, & tellus, aeriæque plagæ.
Omnibus vnus amor ſceleratam exſcindere gentem,
Et merita infandas ſternere cæde manus.
Vrere vult ignis, vult vnda immergere, tellus
Sorbere, aeriæ concutere imbre plagæ.
At dirimunt litem; ſibi partem ſingula poſcunt
Muneris, & iuncto robore bella gerunt.
Igniti feriere globi, vorat vnda fugaces,
Terra abigit, pluuia ex aere dira premit.
Diſce hinc Chriſtiadas Cælo, ſuperisque probari;
Quorum hoſtem vlciſci cuncta Elementa velint.

Digitized by Google

Turca vnda, & igne conſumitur.

MOuit in Æaciden quondam fera prælia Xantus,
Magnanimoque viro fata daturus erat.
At tulit auxilium Vulcanus, & ignibus vndas
Abſtulit, ablatæ nec nocuiſtis aquæ.
Thraces in arma vocant fluuij, belloque laceſſunt,
Inque ſuis optant perdere vorticibus.
Vulcani auxilium ſperant, ignemque fauentem,
Qui ſibi Achillæum robur ineſſe putant.
Thracia ſed Martis quos patria credita miſit,
Mulciber optatam ferre recuſat opem.
Quin Martem vlturus lecti ob conuicia, Thraces,
Quos vndæ abſorbent fluminis, igne vorat.

Tur-

Digitized by Google

Turca fluminis vndis immergitur.

F Lumina Biſtonides, heu linquite flumina turmæ,
Fluminea vobis fata parantur aqua.
Credo equidem veſtras voluiſſent tergere labes,
Labibus exterſis conciliare Deo.
Reſpuitis, ſordesque placent, turpesque videri
Poſcitis, & mundi pectoris eſſe pudet.
Talibus haud parcit, irataque fluminis vnda
Fata, quibus nequijt ferre lauacra, parat.
Ibitis ad ſtygium veſtris cum ſordibus amnem,
Et nigram illoti traijcietis aquam.
Illa immunditiem veſtram, labesque probabit;
Odere immundas flumina noſtra feras.

Kalendis Auguſti Turca vincitur.

D*Vm redit Auguſtus, Thraces periere cohortes,*
Quas fatum extremum menſe oriente premit.
Huius nempe Petro ſunt ſacra exordia menſis,
Quæ recolunt ſancto Vincula adempta ſeni.
Clauiger ille poli, ſanctumque recludit Olympum,
Chriſtiadumq. animis pandit in aſtra viam.
Et Turcis aperire velit; ſed ſydera Turcæ
Odere, & Cælo vindice bella gerunt.
His herebum reſerat, ſtygioque addicit auerno,
Et iubet æternum vincula dura pati.
Sydera ſunt Petro, ſunt Tartara ſubdita; ni det
Sydera, Tartareos iam dabit ille lacus.

Digitized by Google

Incendium Eſdrinæ Arcis flumina vlciſcuntur.

Corripit ignis edax Eſdrini Principis Arcem,
Et totam extemplo flamma inimica vorat.
Sic Bizantinæ blanditur Mulciber iræ,
Et furias Thracis militis igne iuuat.
Indoluere nefas inimicæ flumina flammæ,
Et tanti pœnas expetiere mali.
Arrabon, & Muram accerſens incendia queſtus
Danubius Turcis damna parare iubet.
Vindictam hi ſubito meditantur, & impia poſcunt
Agmina, vt in cædes, quas meruere, ruant.
Pugnatur. Thraces ſi qui fugere mucronem
Theutonicum, hos rapidis Arrabo mergit aquis.

Ad Suſam Cæſarei exercitus Caſtrorum Præfectum.

S Vſa tuum viuet, dum current ſæcula nomen,
Dum vehet eoo Phæbus ab axe diem.
Barbaricas tu Letho acies, atque agmina credis,
Et totam hoſtili ſanguine tingis humum.
Inde ſeges, meßisque tibi quam maxima laudum,
Atque ex purpureo gloria ſurgit agro.
Tu ſpes Theutonicæ non deceptura ſalutis,
Ingens Turcarum, perpetuumq. malum.
Macte animi, ſæuasque acies preme, cæde, trucida,
Numquam Biſtonijs ex ſaturare malis.
Scipio deuictis eſt Afer dictus ab Afris,
Tu quoque deuicto Biſtone Biſton eris.

Ad Raimundum Montecuculum Cæſarei Exercitus Imperatorem.

Pannonias intrat Turcarum exercitus oras,
Et totam innumero milite ſternit humum.
Eſſe putes Xerſem, qui Perſica deuehat arma,
Quanta olim in Danaos exonerauit agros.
Annibalem dices Lybicas duxiſſe cohortes,
Cymbrorumque feras huc properaſſe manus.
Quis fuerit magni Themiſtoclis inſtar? & hoſtem
Iuſſerit audacis pœnituiſſe viæ?
Scipio quis, Mariusque truces frenauerit iras?
Scilicet is nobis tu RAIMVNDVS *eris.*
Non Græcis, non Auſonijs ductoribus impar
Agmina tu merita Turcica clade premis.

In Turcam.

Quænam, Othomane, tibi tam diri cauſa furoris,
  Hoſtis vt offenſi Cæſaris eſſe velis?
Audacem faciunt Aſiæ, Lybiæque cohortes,
  Quas numeri indociles impia in arma moues?
Innumeras ſpernit fortis Germania turmas,
  Quæ modica didicit vincere bella manu.
Te Regum oſtentas, bellatorumque gigantem?
  Fulmina quæ ſternant Cæſaris ales habet.
Auſpice bella moues herebo, Cœlo auſpice Cæſar;
  Ætherij ſtygius militis arma pauet.
Otia pacis ama, triſtes fuge barbare pugnas,
  Vinceris quoties Cæſari hoſtis eris.

In auſpicatiſſimis Nuptijs Leopoldi, & Margaritæ Auſtriadum.

Olim homini nupſiſſe Deæ, ſponſasque putati
Dij quoque ab humanis appetijſſe toris.
Sic Venere Anchiſes dignatus, Thetide Peleus,
Eſt Europa ſui credita nupta Iouis.
At valeant vatum mendacia, nulla Dea vſquam eſt;
Nec talami patiens, conugijque Deus.
Si qua foret mulier ſupero ſocianda marito,
Deque aliqua poſſet quis pater eſſe Dea;
Auſtriaca Æthereo nupſiſſet MARGARA ſponſo,
Ætherea dignus coniuge Cæſar erat.
Ambo homines; vincunt humana ſed omnia tantum,
Vt penè finitimos dixeris eſſe Deo.

Ad Virginem Deiparam.

V IRGO *potens rerum, ſummi formoſa Tonantis*
Nunquam libata virginitate Parens.
Cerne quibus noſtras irrumpat Thracius oras
Viribus, & ſæuis cætibus arua voret.
Oppida conſumit, populatur cædibus vrbes,
Et loca lymphato cuncta furore premit.
In Natum fera bella tuum tam triſtia ducunt
Agmina, deducunt in tua templa faces.
Vindice te pœnas ſoluant, inſenſaque Cælo
Perpetuam eclipſim Luna Othomana obeat.
Nempe tuum hoc munus, nam caro inſpecta IOANNI
In Cælo eſt pedibus ſubdita Luna tuis.

Digitized by Google